

Struve

De  
mortifi-  
catione

1751







P 404

Pra. 28 num. 5.

GEORGII ADAMI STRVII

HAERED. IN WANZLEBEN ET WENIGEN - IENA, ICTI SEREN.

DVC. SAXO - VIN. CONSIL. INT. FACVLT. IVR. ORD.

CVR. PROV. ET SCAB. ASS. PRIM.

DE

MORTIFICATIONE  
LIBER SINGVLARIS

OB MATERIAE PRAESTANTIAM ET IN  
FORO VSVM RECVSVS

ATQVE

PRAEFATIONE NOVA AC INDICIBVS  
INSTRVCTVS.



Ho  
2754



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE  
CICCCLI.

GEORGII ADAMI STRAII

DE MORTALITATE ET MORBO  
SCHIZOPHRENICO ET MELANCHOLICO  
ET HALLUCINATIVO ET CONFUSIVO  
ET DELIRANTIVO ET LOCICO.

MORTALITATE

FIBER SINGULARIS

DE MORTALITATE ET MORBO  
SCHIZOPHRENICO ET MELANCHOLICO

TRANSLATIO NOVA AC INDICES

INTRODUCTIO



TRANSLATORI ET PRAEFA

EDITORI



## PRAEFATIO.

Quantum GEORGII ADAMI STRVII no-  
men sit in republica eruditorum, in pri-  
mis iureconsultorum, superuacaneum  
foret, si pluribus edocere anniterer. Inter  
omnes enim constat, VIRVM hunc fuisse pri-  
mipilarem. Scripta eiusdem limato exarata sunt  
iudicio, et digna omnino, quae lecta relegan-  
tur ter quaterque ab unoquoque, qui interiora  
iurisprudentiae exasciatae penetrare percepit  
adita. Accidit quidem saepe, ut illi, qui dis-  
sertationes vel libellos conscribunt operose, eius-  
modi feligere soleant materias, quae auditu et



lectu quasi incognitae in oculis feruntur indomitis; sed saepius quoque operam ludere videntur. Licet enim non plane a destinatione iacent, dum vnicē rationem ad hoc referunt, ut mirationem faciant lectoribus; falli tamen mihi videntur, qui sola rara in commentationibus suis inuestigare desidant. Quam mox fieri potest, vt in rarioribus plus curiositatis, quam emolumenti sit. Potius eruditi partes officii sui implent, qui eo consilio manus admouent operi, vt ad lectorum fructum redundant. Quid retulit scriptor? nisi libri eiusdem ad multas res perutiles inueniantur. Quaestiones, quae vulgares et pertritae non sunt, pariterque nec alienae a lectorum commodis, primore censendae sunt loco, carioresque habendae. Magnus STRVVVS, profundissimae iuris scientiae interpres, semper magis in animo habuit, vtilia legendo prodesse, quam scribendo captare gloriam. In votis sane habendum esset, vt omnes eiusdem libelli, qui sub dissertationum acade-

academicarum titulo publici facti sunt iuris et in tabernis nec typographorum nec bibliopolarum amplius prostant, iterum prelo submitterentur, vt in iurisprudentiam vacantes exinde commodum capere possint communem. Illi, qui in libros excudendos faciunt sumtus, melius sane rebus consulerent suis, quando scripta eruditorum virorum in lucem protraherent, quam, si histrio-  
rialas peccare docentes diuulgando, instrumen-  
ta agerent, uorum suppeditatione pium, hone-  
stum et decorum detestabili modo patitur lae-  
sionem. Laudem idcirco meretur non modi-  
cam typographus honestissimus, qui ad differ-  
entiationem *Struianam* pecuniam impendit, et  
sub titulo libelli singularis de *mortificatione* re-  
cudendam curauit. Habita fuit haecce dispu-  
tatio anno P. C. N. 1678. vices respondentis  
sustinente *Christiano Leonardo Leuchto*, Arn-  
stadio - Schwarzburgico, qui eamdem publice  
defendit, vt honores in vtroque iure ac priui-  
legia doctoralia consequeretur. Postea mune-

( 3 )

re



ré consulis Arnstadiensis functus est egregie.  
Materia, quam auctor sibi sumvit pertractandam,  
omnino expedit iuris studioso, praesertim pra-  
etico. Quippe non in caussis publicis solum,  
sed et priuatis documentorum amissorum, et  
mortificatorum, vt vocant, vſus est frequen-  
tissimus; adeo vt et rustici sermones de *Morti-*  
*ficationis et Tilgungs- Scheinen* conserere so-  
leant. Totum opusculum eruditionis proficuae  
plenissimum in sex diuīsum est capita, quorum  
inscriptiones vna cum indice rerum annexi cu-  
rauiimus. Lege libellum, *lector amice*, te nun-  
quam poenitebit legisse, in vſum tuum conuer-  
te, et Vale. Scribebam Ienae d. IV. no-  
narum Martii MDCCLI.



In



*In nomine IESV!*

**I**s fere Seculi nostri solet esse Genius et Mos,  
vt quicunque Materiam aliquam Disputa-  
tionis conscribendae sibi proponunt, eius  
generis eligere solent, quae rarissima et au-  
ditu vel lectu quasi incognita credantur, nec  
ratione Intentionis suae destituuntur; cum vni-  
ce fere id sibi propositum habeant, vt scripta  
Lectores admirentur; ast vero quod rarum,  
inter Bona ipse posuit Aristoteles, eaque quae  
bona, ab hominibus appeti et aestimari solent.  
Perinde vero vt haec suo non carent funda-  
mento,



mento, ita falli mihi videntur, qui solam raritatem in disputationibus intuentur, nec magis ad id collimant, quomodo labore suo prodefesse velint. Cumque inueniantur eiusmodi Materiae, quae tritae nimis ac vulgares non sint, pariterque usum habeant longe maximum, has illis multo praferendas crediderim; Catalogum earum quae proficiunt pariter atque rarae sunt, enarrat DOMIN. CHRISTOPH. LUDOVICVS DIETHERVS in praefatione ad CHRISTOPHORI BE SOLDI THESA VR. PRACT. Quas tamen hactenus ICTi Consummatisimi DOM. GEORG. ADAM STRVVIVS, DOM. AHAS VERVS FRITSCHIVS, DOM. SAMVEL STRYCKIVS et alii Commentariis ac Meditationibus suis multum illustrauerunt, sicque defectum illum suppleuerunt, ut numerus Observatarum illarum Materiarum non tantus, quantus proxime laudati DIETHERRI tempore, quo ille scribebat, subsistat.

persist. Cum autem et Ego id meditarer, vt Studiorum meorum publicum obtinerem documentum, Ordinariam illam Eruditorum viam, qua Examinando nec non Disputando id fieri solet, euitare non potui. Cum tamen alias magis vtilia legendo mihi aliisque prodesse, quam scribendo gloriolam captare ynquam in animo habuerim; Ast vero cum inter vulgum pariter ac Caeteros floreat opinio, vt, qui publice non Disputarunt, pro Mortuis quasi inter Eruditos et in Foro prae-primis haberi velint, Mortificare hoc ipso finistram hanc sententiam quorundam pariter ac eligendo Mortificationis materiam, quae pa-  
rum ac rerum hactenus tractata, Lectoribus IN AVGVLIS DISPVTA-  
TIO-  
NIS LOCO prodesse volui. Tam enim in causis publicis quam priuatis Documentorum amissorum et Mortificatorum, vt vo-  
cant, usum esse frequentissimum, nemo  
)( ) nescit;



nescit; Quin et ex Rusticorum ore ipsum Mortificationis Terminum vulgo: Mortifications - oder Tilgungs - Schein audire licet. Visum igitur fuit de Materia ista apud omnes fere auctores hinc inde disiecta, necessaria tamen utili ac quotidiana et praxi Germaniae pauca quaedam ad eam spectantia exhibere et proponere, ipsumque Thēma in certa capita diuidere, quorum

CAP.



CAPVT I.  
DE  
MORTIFICATIONIS ETYMOLOGIA,  
SYNONYMIA ET HOMONYMIA.

*Summaria.*

- M**ortificationis vocab. deriuatio. §. I. §. VI. *Synonyma Ampliora seu minus apta.* (1) *Cancellatio.* (2) *Inductio.* (3) *Circumductio.* (4) *Deletio.* (5) *Annulatio.*  
Synonyma Mortific. inter qs. Synonyma referuntur. (1) Cassatio:  
§. III. *Cassari quae dicantur.* (1) *Theologice.* (2) *Physice et Medice.* (3) *Iuridice*, quid literae Mortificatoriae; et litterae mortificatea.  
§. IV. *Vjurae usque ad quartam partem et pensiones.*  
§. V. (2) *Sublatio et extinctio.* §. VII. *Mortificatio sumitur*

**C**onstat MORTIFICATIONIS vocabulum non esse simplex, sed compositum, deriuatum a mors et facere, hinc factum verbum mortificare, quod est frequentatuum, et idem est ac morte valde afficere; ab hoc igitur est vocabulum mortificatio.

A

Mors

Mors autem significat omnis generis calamitatem et afflictiones, sic discipuli ad Heliæum exclamant: Mors est in olla, o vir DEI, i. e. res valde noxia ac mortifera, 2. Reg. 4. vers. 40. Hinc fit, ut mors sit referente Aul. Gellio: ὁ θάνατος φυγῆς καὶ σώματος διάλυσις; h. e. animae et corporis dissolutio. lib. 2. c. 8. In Iure Civili mors ad deportationem producitur, cum ad populum aliud significet. HERM. VULTEIVS ad §. 1. Inst. quib. mod. ius patr. pot. solu. HVG. GROT. lib. 2. de Iure B. et P. cap. 6. num. 9. et est alia naturalis, alia ciuilis. l. 133. ff. de V. S. et d. §. 1. Inst. quib. mod. etc. Accidit autem mors naturalis duobus modis: Facto scilic. hominis; aut crita hominis factum, sed haec obiter.

## §. II.

Quoad *Synonymiam* varia veniunt vocabula, quae aliquo modo huic referri possint; An autem *Synonyma Logica et vera* sint? dicere non ausim. Interim tamen cum conformitatem et affinitatem quandam cum mortificationis vocabulo in latitudine sua sumto habeant, si inter quasi synonyma illa referam, non inepte fecero; Quaedam enim sunt vel ampliora vel strictiora quodammodo, si tamen vltioris vel differentiae loco verba quaedam adiiciantur, synonyma exinde fieri poterunt; Talia tunt, v. gr. *Cassatio*. Autb. *Cassa*. C. de SS. Eccles. ibique B. CHRISTOPH. PHILIPP. RICHTER, in hac Alma Salana Antecessor ac Ordinarius. Cassare enim idem est ac inane reddere, et *Cassus* i. e. mortuus. IOHANN. LAURENT. in *Amalthe. Onomastic.* pag. 115. quod si verum est, tunc *Cassatio* idem est ac mortificatio; perinde enim ut mortificatio est compositum ex mors et facio,

facio ita Cassatio ex Cassum i. e. mortuum et factio;  
Quanquam dici possit vocabulum Cassationis ita strictius accipi cum in latiori significatione ad multa alia extendi possit, quae tamen stricte loquendo propterea mortificata non dicuntur.

## §. III.

Sic cassari dicitur sententia, *gloss. in cap. 2. §. cum igitur. verb. Cassauimus. X. vt Lit. non contest.* quia si cas-  
satur sententia vel obligatio per instrumentum, is, ad cuius fauorem, facta est Cassatio, potest obtinere quod sibi restituatur instrumentum sententiae, et instrumentum obligationis, quia sunt inutilia penes partem, et possent reddi damnosa quoad eum, qui obtinuit Cassationem. *Barbat. in d. c. 2. X. vt lit. non cont. n. 42.* Sic Cassandae veniunt Inhibitiones seu mandata inhibitoria: Si nempe Impetrans in Termine Iustificationis non compareat, vel: Si inhibitus possessionis sua Iura in Iustificatione probet ac demonstret. *Ord. Polit. Sax. de anno 1612. Tit. von Justitien Sachen. n. 9.* Quandoque etiam euenit, vt inhibitio pro parte confirmetur, pro parte autem casetur. Si nimirum inhibito contineat plura capita; et inhibitus quaedam iustificauit, quaedam vero non. *CARPZOV. process. Tit. 23. Art. 4. n. 43.* Inter-  
dum ea, quae contra inhibitionem attentatorie machi-  
nata et nulliter impetrata cassantur; vti multas Sup-  
plicationes pro Mandatis de Cassandis Attentatis sup-  
peditat *IACOB BLVM. in supplic. Cameral. Tit. XV. Num. 36. seqq.* Praeterea cassatur Executio, si nempe ea de  
facto fiat, aut nullitas committatur Magnif. DN. BAR-  
THOL. LEONH. SVVENDEND. *ad process. Fibig. cap. 2.*

§. 24. pag. 350. Et BALDV dicit, Florentiae ita obseruatum fuisse, vbi exequebatur Iudex sectundus Iudicis primi sententiam sine literis Mutui Compassus et talis executio cassata fuit. in l. properandum. l. 13. §. Sin autem reus. C. de iudic. Hoc fere modo cassantur alienationes illicitae. lib. 2. feud. c. 55. nec non Coniurations factae. lib. 2. feud. cap. 53. item Salvi Conductus delinquentis. CARPZ. pr. Crimin. quæst. 107. n. 61. Sed Q. hic quoque: Si quis defloratam ab alio ignorans pro virgine duxerit, An Matrimonium tali errore contractum sit cassandum? Affirm. Deuteron. 22. n. 20. seqq. l. 11. §. 5. ff. de A&F. Entibique BRUNNEMANN. n. 9. seqq. Nou. 93. iusta enim ignorantia nemiri debet nocere. l. 11. ff. ad Senat. Consult. Velleian. Et confirmatur sequenti præiudicio in Causa Urbani F. Klägern an einem: dessen Eheweibs M. Beklagtin anders Theils d. 31. Jul. an. 1629. in Consistorio Dresdensi pronuntiato. Dieweil Kläger seinem Eheweib (welche ihm verschiene Fastnacht getrauet, von einem andern schwanger befunden, und 7. Wochen hernach eines Kindes genesen,) diesen Fall nicht verziehen: So wird wegen verübten Betrug die zwischen beyden Theilen vollzogene Ehe billig hinwieder cassiret und aufgehoben, wie wir sie hiermit cassiren und aufheben ic. referente SPECKANIO Cent. 2. qu. 7. per tot. add. Magnif. Dr. IOH. VOLCKM. BECHMANN. ICri et Antecessoris in hac Salana celeberrimi Commentar. ad 2. Theoret. practic. Tom. 2. Ex. 4. n. 71. CARPZ. lib. 2. Iurispr. Consistor. def. 187. et def. 193. Dissent. HERMAN GOEHAVS. quæst. Academ. peric. 7. qu. 39, et MATTH. WESENBEC. in π. de Ritu Nupt. n. 9.

## §. IV.

## §. IV.

De Cassandis et Cassatis usuris usque ad quartam partem Vid. *M. A. de anno 1654. §. 173.* DAVID MEV. p. 4. *Dec. 345.* De Cassatione pensionis multa annotavit THEODORVS AMYDENIVS in *Tract. de Stylo Datariae cap. 27.* Quae fit vel per liberum consensum et sine autoritate Papae sive superioris, quando remittitur gratis nulla adiecta conditione: Cassatio enim pensionis de sui natura est favorabilis, et tendit ad libertatem beneficii. Quando autem cum conditione, tunc ea debet seruari, nec valet cassatio nisi omnibus rite impletis. SERAPHIN. *Decis. 987. n. 4.* MOHEDAN. *Decis. 2. de Locat. Conduct.* Pactum autem & conditio, quibus cassatur pensio, sunt, ut fiat anticipatis nonnullis solutionibus. PARIS. *lib. 6. de Resignat. quaeſt. 2. n. 100.* Interdum non admittit Dataria Cassationem pensionis, nisi literis expeditis, et propterea porrectae supplicationi super cassatione Officialis Datariae subscribit: *Doceat de literis.* De quibus docetur per originalium literarum exhibitionem, vel per sumtum ex registro; Sed ut haec penitus intelligi possint, obiter ex praelaudato AMYDENII *Tract. cap. 27. n. 17.* hanc Cassationis Formulam addam:

B. P. Cum deuotus vester PETRVS Vice-Dominus, Clericus Placentinus, (seu alterius Civitatis, seu Dioceſeos,) cui alias pensio Ducat. XX. aur. de Cam. Summa 200. Lib. Monetae Placentin. vel circa constituentium, super Decanatus Ecclesiae Placentin. quem deuotus S. V. Orator MAVRITIUS BALDVINVS Presbyter ad praesens obtinet fructibus,

& distributionibus quotidianis, ei quoad vixerit,  
vel procuratori suo legitimo per dictum oratorem,  
cui ad hoc expressus accessit assensus, & Successores  
suos Decanatum praedictum pro tempore quo-  
modo libet obtinentes sub consuetis sententiis, cen-  
suris, et poenis integre persoluenda auctoritate  
Apostolica reseruata fuit, ex certis causis animum  
suum mouentibus cassationi, extictioni et annul-  
lationi dictae pensionis annuae, illiusque reserua-  
tioni huiusmodi in S. V. manibus sponte et libere  
nonnullis tamen anticipatis seu anticipandis solutio-  
nibus, & non alias aliter, nec alio modo consentire  
proponat, & nunc etiam consentiat. Supplicat igitur  
humiliter S. V. Orator praedictus, quatenus spe-  
cialem sibi gratiam faciendo pensionem annuam  
praedictam, illiusque reservationem expressa dicti  
Petri ad hoc accedente consensu auctoritate Apo-  
stolica *cassare*, penitusque *extinguere*, & *annullare*, &  
*rassatam penitusque extingam* & *annullatam esse*, & *fore*,  
eundemque Petrum pensionem huiusmodi, illius-  
que terminos deinceps decurrentos ab oratore &  
successoribus suis praedictis de caetero petere vel  
exigere nullatenus posse, et oratorem & successo-  
res suos eosdem ad solutionem dictae pensionis  
annuae praedicto Petro deinceps faciendam non  
teneri, neque obligatos existere, et ob illius non  
solutionem huiusmodi aliquas sententias, censuras  
et poenas Ecclesiasticas, etiam pecuniarias incur-  
rere non posse, ac oratori anticipatas solutiones, hu-  
iusmodi Petro vero praedictas illas recipere et in  
suos usus ac utilitatem conuertere licuisse et licere,  
irri-

irritumque decernere dignemini de Gratia speciali non obstante praemissis, ac Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis etc.

In omnibus autem hisce vocabulum Cassationis latius quid est mortificatione vere & stricte sic dicta, hinc verbum *cassare* nihil aliud denotat quam infirmum & irritum declarare, ut clara sunt verba in *Auth. Caffa. C. de SS. Eccles.* vbi expresse Cassum esse denunciamus, vel irritum esse declaramus pro Synonymis habentur. B. IOH. BRVNNE. ad d. auth. n. 3. Si autem & mortificationis vocab. late sumitur, ita quoque Synonyma erunt, adeo ut dici possit accurate loquendo Cassationis vocab. stricte acceptum, esse Synonymum mortificationis stricte sumtae. Cassationem vero late dictam, Synonymam esse mortificationis late & generaliter sumtae.

### §. V.

Eodem fere modo etiam 2. *Sublatio* & *Extinctio* dici possunt Synonyma; praeprimis quando vocab. penitus adiectum, quod idem importat ac prius, ex toto, & omnino. cap. 1. de *Supplend.* neglig. *praelat.* OCTAVIAN. VULPELL. de *praepos.* & *aduerb.* signif. in dict. penitus. pag. 72. vt expresse patet ex *Instrum. Pac. Osnabrug. n IV. §.* Fridericus Marchio-Badenis etc. verba ita sonant: *Deinde restituuntur Marchioni Friderico praefectura Stein & Rendingen absque onere aeris alieni, interea temporis a marchione Guilielmo contracti, ratione fructuum, interesse ac sumtuum per transactionem Erringae anno Domini 1629. initam dicto Guilielmo Marchioni Badenſi cessae, cum omnibus iuribus, documentis literariis, aliisque pertinentiis, ita ut tota*

tota illa actio sumtuum ac fructuum perceptorum et percipientium cum in omni damno & interesse a tempore primae occupationis numerando sublata & penitus extinta: Annua qq. pensatio ex marchionatu inferiori, Marchionatui superiori pendit solita, virtute praesentium penitus sublata, annullata & annihilata sit, nec eo nomine quicquam, vel de praeterito vel de futuro impostorum unquam praetendatur vel exigatur.

## §. VI.

Quoad caetera quae sequuntur, sunt minus apta. Ut l. CANCELATIO, quae est scripturac index & signum mutatae voluntatis in illa scriptura comprehensae. l. 1. §. 8. ff. si Tabb. Testam. null. extab. per se enim nihil operatur, sed vim suam accipit a voluntate & mente Indumentum. arg. l. 1. pr. ff. de his quae in testam. delent. Hinc si testamentum a testatore cancellatum totum regulariter censetur infirmatum & cassatum, l. 2. & 3. de his quae in testam. delent. ideoque nec hereditas, nec legatum, nec fideicommissum ex eo peti potest. vid. BEN. CARPZ. p. 3. Conf. 3. def. 5. n. 3. REINH. BACHOV. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 19. th. 7. lit. B. vid. HIERONYM. PANTSCHMANN. vbi ex BARTOLO. PAVL. de CASTR. IASON. et aliis refert: expeditissimum mutandae voluntatis modum esse, tabulas ipsas incidere, cancellare; & ridiculum esse, testamentum per cancellationem non tolli. lib. 2. quaeſt. 18. n. 15. seqq. Sic Cancelatio in Scriptura probata reperta tantum operatur, ut ipsi nulla habeatur fides, sed praesumatur esse solutum & dissolutum. l. 24. ff. de probat. de materia cancellationis, videlicet quotuplex sit, & quando attendenda, & quid operetur, vid. CARD. TVSCH. Concl. 21. & 22. C. NICOL.

NICOL de PASSERIB. A IANVA. ICT. PATAVIN.  
*Tract. de Script. priuat. lib. 1. cap. 11. 2. INDVCTIO:*  
 nam inducere nihil aliud significat. quam calatum per  
 medias literas ducere & delere. *I. inductum. 22. C. de solut.*  
 3. *CIRCVMDVCTIO.* NICOL de PASSER. A IAN.  
*d. l. n. 2.* Cui circumducere est, quando extra literas du-  
 cta est penna, vel quando ea circum circa ducta.  
*GLOSS.* in *l. 7. verb. inducatur. ff. de bered. petit.* FA-  
 RINAC. *l. 5. quæst. 153 p. 6. n. 30.* Et circumducere  
 Terminum est Citationem cassare. *c. 1. de dol.* & *Contum.*  
*in 6to.* GOTTFR. FIBIG. *process. Civil. cap. 2. §. 4. n. 3.*  
*pag. m. 80.* 4. *D ELETIO.* tot. Tit. *de his in testam. de-*  
*lent.* add. MEIER. *Colleg. Iur. Argent. d. t. tb. 1.* 5. *A N-*  
*NVLLATIO.* Annulare verbum intelligitur de actu va-  
 lido, cum actus nullus non sit annullandus, ex quo iam  
 nullus est. *l. 5. ff. de Iniuſt. rupt. testam.* VANT. in *Tract.*  
*de Nullitat.* Tit. *Quot et quibus mod null. propon. poss. n. 47.*  
 Iniquum & quod est, nullum etiam dicitur, & contra.  
*l. 13.* & *l. 37. ff. de Excusat.* AEGID. BELLEMERA *Concl.*  
*343.* add. IACOBVS MENOCH. *Consil. 422. n. 133. scqq.*  
 & potest hoc referri ex *Inſtrument. Pacis Regis Hispaniae*  
 & *Galliae Aquisgrani anno 1668. erecto.* §. 4 ob bemelte  
 Verter. verb: So declariret, bewilliaet, will und mei-  
 net höchstdedachter Catholischer König, daß alle Leute,  
 Vasallen und Unterthanen besagter Lande, Städte  
 und Verter, so, wie oben gedacht, der Kron Frank-  
 reich überlassen worden, ieko und ins künftige, von  
 allen Diensten, Pflichten, Bürden und End der Treue,  
 so sie insgesamt und ein ieder von ihnen, ihme und sei-  
 nen Vorfahren denen Catholischen Königen geleistet ha-  
 ben mögen, und insgesamt von allen Gehorsam, Unter-  
 thänig.

thänigkeit und Lehnspflichten, so sie ihnen sonst schuldig wären, allerdinges los und ledig seyn sollten; also, daß oft höchstgedachter Catholischer König erwehnte Pflicht, Dienstbarkeit und Eyd der Treue für null, nichtig und unkräfftig, als wenn sie nimmer gewesen, noch geleistet worden, erkennet. De annullatione arresti & contractus vid. BEN. CARPZ. p. 1. Conf. 29. def. 43. His ita praemissis, videamus nunc mortificationis homonymiam.

## §. VII.

Significat autem *i. apud Theologos* conditionem missoram tanquam morientis, & mox actionem mortificanti; mox passionem mortificati. Sic *i. Corinth.* 10. Mortificationem Domini IESV in corpore circumferentis i. e. conditionem mortis plenam. Et est usitata haec vox in diuinis libris, indeq[ue] apud ecclesiasticos scriptores mox de morte corporis, vt *i. Samuel.* 2. vers. 6. *Psalm.* 37. vers. 32. Ita *i. Petrus.* 3. vers. 18. Christus dicitur Mortificatus s. morte affilatus carne, h. e. necatus secundum corpus: Viuificatus autem spiritu, i. e. in vitam restitutus per spiritum. Mox de morte spirituali: ita *Rom.* 7. vers. 4. Estis lege mortificati. Item *i. 8. vers. 13.* Facta carnis mortificare: **Die Werke des Fleisches tödten.** Quare monachi quasdam suas corporis afflictiones, & porro externas gesticulationes, flagellationes, pro vera mortificatione venditarunt; in eo errantes, cum toti ad opus operatum delapsi essent, putauiere, istas externas pietatis larvas, vestes, loca, ritus ac motus plurimum ad mortificationem facere. Verum DEVIS nequaquam tristia media, longas vigilias, nuditates ac frigora, & commotionem cinerum praecepit, vt de quibusdam monachis legi-

legitur; aut, vt Franciscus sese nudum in niuem abiecit; vel: vt quidam etiamnum, praesertim Hispani more Baalitarum semet flagellis & scorpionibus consuicarunt. plura. vid. ap. HIERON. DREXELIVM. part. 2. Rosae Selectar. virtut. cap. 10. per tot. Vult autem DEVS, vt ipsum veterem Adamum cum suis concupiscentiis & prauis conatibus oppugnemus & iugulemus, iuxta illud: Qui sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectionibus & cupiditatibus. GALAT. 5. vers. 2. MATTHIAS. FLACIUS Clau. Script. Sacr. voc. Mors. pag. m. 697. Eodem fere sensu Platonicis prauarum appetitionum & affectionum quaedam extinctio dicitur mortificatio. (2) apud Physicos & Medicos est extinctio partis alicuius in viuo corpore, vid. JOSEPH. LAVENT. Amalb. Onomast. p. m. 427. (3) apud ICtos sumitur vel late & generaliter, prout est synonymum cassationis in genere, quo modo omnia ea mortificantur, quae vel annullantur, vel irrita & inania fiunt. l. 28. ff. de Donat. Mort. caus. vel specialiter stricte & proprie, prout est cassatio instrumenti amissi, vel quod amissum esse creditur, vid. BALD. in l. dissolutae. 2. C. de Condit. ex leg. num 8. vers. si non habet. & in l. 14. C. de solution. num. vlt. vers. per hoc obuiatur. Hoc sensu literae, quae mortificationem inducunt, dicuntur Mortifications oder Tilgungs-Schein. Illae autem litterae, quae sunt extinctae per mortificationem, dicuntur litterae mortificatae, Germ. getödtete oder dürre Briefe. Vid OTTO TABOR in Racemat. Crimin. ad l. 27. ff. de furt. pag. 202.

## CAPVT II.

DE

MORTIFICATIONIS SEDE, DE  
SCRIPTI<sup>E</sup>NCE ET DIVI-  
SIONE.

## Summaria.

- O**ccasionem scribendi quid sup- §. I.  
peditaverit. §. III. Mortificationis descriptio  
et definitionis enodatio  
§. IV. Diuiso enmortificationis  
ratione (1) Causae efficientis, (2)  
iure Ciui. & Canon. Objecti, (3) Formae (4) Scripturae.

## §. I.

Scribendi occasionem de hac materia suppeditauit  
praeprimis id, quod in PACIFICATIONE OSNA-  
BRVGENSI AC MONASTER. NVM. II in fin. Vbi  
dicitur: Daß alle und iede, alterseits so wohl außer-  
als inner Krieges mit Worten, Schriften und Wer-  
ken vorgegangene Injurien, Gewaltthaten, Feindsee-  
ligkeiten, Schäden, Unkosten außer einiger Person und  
der Sachen respect tod und abseyn, dergestalt, daß  
alles, was ein Theil gegen dem andern suchen möchte,  
hierunter mit ewiger Vergessenheit begraben seyn solle,  
vt et apud IOH. BRVNNEMAN. ad l. 2. C. de condic.  
ex leg. n. 6. DAVID. MAEVIVM part. 6. decis. 194. Mor-  
tificationis vocabulum legi, cumque inter labores quo-  
tidianos et alii Autores occurrerent, qui eius mentio-  
nem facerent, Autor nempe ille Artis Secretariatus, cui  
nomen in illustri Societate Fructifera obtinuit des  
Spah.

**Spahten**, part. 3. cap. 23. n. 15. pag. 110. et part. 4. pag. 1891. nec non *Recessus Sereniss. Elect. Mogunt. et Illustriss. Domus Ducalis Saxonicae* §. 7. et 8. notante **FRANCISCO IRENIO** Colleg. Iur. publ. in *Burgold. Discurs. ad Instrum. pacis* pag. 250. his verbis:

Was in denen Lager- und Lehn-Büchern einverleihet, als mortificiret notiren, und deshalb aus der Chur Mainzischen Registratur einen beglaubten Schein ausständigen zu lassen, mafsen solche hiemit und Kraft dieses gänzlichen mortificiret seyn sollen &c.

### §. II.

Uberiorem inde explicationem necessariam duxi. Occasione huius, sedes mortificationis in Iure nostro Ciiali et Canonico non est vniqa et certa, sed diuerso respectu varie constitui potest: Si enim ratione obiecti consideretur, vt et documentum amissum, optime referri poterit ad Tit. ff. C. et X. de Fide Instrumentorum et amissione eorum etc. Ratione generis autem, quando nimurum Mortificatio nihil aliud est, quam dissolutio et annullatio documenti amissi, referri potest ad iur. I quib. mod. toll. oblig. Quod si autem Leges in specie desiderentur, in quibus expresse haec materia occurrit, videatur l. 28. ff. de donat. mori. cauf. l. 47. §. 1. ff. de pact. l. 84. §. 7 ff. de legat. 1. l. 2. C. de condic. ex Leg. l. 14. C. de solut. et l. fin. C. eod. Sed de his pro temporis ratione satis multa; Transitus nunc faciendus ad ipsam Definitionem seu Descriptionem; Verum non minimam difficultatem inuenio, cum non nouerim, qui hanc ma-

teriam antea tractauerit; Quicquid tamen sit, generalibus Logicorum praeceptis instructus, Mortificationem in praedicamento actionis ponendam ducerem, cumque actus plerumque a suo obiecto describantur, posito genere, et differentia ab obiecto desumpto, si non definitionem, saltem descriptionem, me inuenisse puto; Genius autem ipsum, quando non generalissime sed iuridicum desideretur, adeoque redivissime ex Tit. *Institut. quib. mod. toll. oblig.* desumendum; Ibi enim varii modi considerantur, quibus modis obligatio tolli et dissoluvi possit. v. g. Solutio, Nouatio, Contraria voluntas etc. et quamvis Mortificatio *generalius* hic videatur, quam ut solam obligationem tollat: Tollit enim et alia Documenta, attamen ut generalissimus eiusmodi titulus in Institutis et alibi vix detur, quo modi tollendi vel soluendi iuris in genere tractentur, comparatiue loquendo huc optime referri crediderim. Si autem adhuc *specialius* procedendum, ad Contrariam voluntatem reducerem, nihil aliud enim est, quam eiusmodi voluntas, vel duarum aut plurium consentientium per pacta transactiones. Vid. *Instrum. Pacis Osnabrug. Num. 2. et supra allegat. Recess. Elector. Mogunt. et Domus Ducal. Saxon.* adeoque conuentio, vel vnius, (v. g. quando fit per testamentum fideicommissum, donationem mortis causa, l. 28. ff. de Mort. Caus. donat.) dissoluendi et tollendi documentum vel obligationem, quae obligauit antea, ita ut imposterum non valeat, sed pro nullo habeatur. *Obiectum* autem illius dissolutionis est documentum et quidem *non praefens*, alias enim posset illud vel rumpi, vel cancellari, vel comburi, vel alio modo annullari; Sed tale quod non est ad manus, et vel deper-

deperditum, *vel* pro perduto creditum, *vel* alias difficulter obtineri potest, puta: quod ad multa millaria distet, *vel* forte sit in manibus eius, unde obtineri non potest etc.

§. III.

His igitur positis ita Descriptionem confiscare licet:

MORTIFICATIO est Voluntas dissoluendi documentum absens, quod tamen adhuc in rerum natura existere creditur.

Quamvis haec descriptio iam dum per genus et differentiam suam sit resoluta, tamen obseruandum, quod voc. *Voluntas* hic ponatur *Iuridice*, non prout est potentia vel facultas volendi, PICCOLOM. grad. 2. Eth. 43. p. 228. Sed pro actu volendi, quatenus sese continet intra ambitus voluntatis; ita ut perpetuo liber maneat, et cohiberi nequeat. Et haec acceptio est in Titulo 30. Inst. lib. 3. Et quanquam fortasse rectius diceretur Conuento vel pactum, tamen quia Mortificatio non tantum fit per conuentioneum et voluntatem requirentium, sed etiam per ultimam voluntatem, ut testatur expresse de l. 28. ff. de donat. mort. caus. Ultima autem voluntas sub voluntate in genere bene comprehendi potest. Deinde cum voluntas iuridice considerata sit Duplex, scil. vel contrahendi, vel dissoluendi obligacionem, hic differentiae loco additur, quod sit voluntas dissoluendi, non autem ipsa dissolutio, vel annullatio vel cassatio, quia Mortificatio semper fieri debet cum voluntate.

voluntate mortificantis; ast vero annullatio quaedam fieri potest absque voluntate nostra, vt adeo dissolutio absolute posita verum genus non exhaustat. Praeterea dicitur *dissoluendi documentum*; Sed quare non obligationem? Resp. Obligatio ipsa, quae in documento mortificato continetur, non videtur mortificari proprie, sed alio speciali modo tolli, puta per solutionem, acceptilationem etc. adeoque acceptilari vel donari; quod vt intelligatur, PONAM CASVM: Mutuum intercedere inter duos absque documento quodam, si hoc mutuum vel remittatur, vel alio modo tollatur, iuridice et stricte loquendo hoc mutuum non dicetur mortificatum, sed remissum, vel donatum. Si autem documentum super hoc mutuo erectum fuerit, et remisso hoc mutuo, obligationis instrumentum mutui non sit ad manus, vt reuera liberetur mutuo accipiens, potest mutuo dans dare literas Mortificationis, vt scil. illud instrumentum mutui pro mortuo habeatur. Porro quod obiecti loco ponitur *Documentum*, hoc nimis generale esset, nisi adderetur restrictio: documentum enim in genere potest annullari, vt tamen non fiat mortificatio, quando v. gr. documentum praefens linea aliqua per transversum obducatur, non esset hoc documentum mortificatum, sed cancellatum; Item quando testamentum scinditur, esset hoc documentum ruptum, non autem mortificatum: additur ergo restrictionis vel obiecti formalis loco documentum absens. Hoc ABSSENS autem multa comprehendere potest, nihil enim interest, quo pacto illud documentum sit absens; v. g. siue sit amissum, vel amissum esse credatur; vel ad centum et ultra milliaria distet, vel tempore belli apportari

ri

ri nequeat; *vel* sit in archiuo exteri principis, adeo vt multi sumtus pro illo obtinendo requirantur, *vel* dubitetur, et ignoretur vbi existat, et quoconque tandem alio modo absit; Ultimo loco adiicitur: *Vt credatur adhuc in rerum natura existere.* Nam si sciret aliquis, et quidem certo documentum non amplius existere, vt si ipse combusserit, vel ruperit, vel viderit rumpi vel comburi, adeo vt certo certius constet, non amplius existere, mortificare non potest, quia mortificare est mortuum facere, seu morti reddere illud, quod est vivum, at vero quod semel mortuum, est et mortuum, seu non in rerum natura existere cognoscitur, quale est combustum vel ruptum, vltterius mortificari vel necari non potest; Nisi dicere velis, quod vt superflua in iure non nocent, ita et hic ex abundanti mortificantur et ea<sup>1</sup>, quae iam dum sunt mortua. Hoc tamen rigori iuris et philosophico secundum quem proprio loqui optimum est, non praeiudicabit.

## §. IV.

Nunc annexetere lubet quasdam diuisions, vetus namque dictum est: qui bene distinguit, bene docet. Diuiditur itaque mortificatio (I) *Ratione* causee effici- entis, in *iudiciale*m, vel *extraiudiciale*m, prout scil. mor- tificatio fit vel autoritate iudicis, vel extra iudicium per solam v. g. partium contientionem: Hac ratione diuidi etiam potest in *publicam* et *priuatam*, quando nim. mortificans est vel persona publica, vel priuata. Sic inter personas publicas, reges et principes, mortifica- tiones non inuisitatas esse monstrat *Instrum. Pacis Osnabr.* *Caesar.* et *Suecic.* num. 2. si scil. lites belli et iniuriarum

C

paci-

pacificationē componunt, ea concordiaē lege, per modum amnestiae perpetuae dicta, vt scripta, quae super ea excreuerunt, ad sepiendam collisionis pristinae memoriaē mortificentur & confiscentur, nec non supra Alleg. Recess. Elect. Mogunt. & Dom. Saxon. Ducal. §. 7. (2) Ratione obiecti diuiditur in Totalem & Partialem: Totalis est, qua tota scriptura mortificatur; Partialis quā pars tantum cassatur. (3) Ratione Formae, quod alia fiat factō quae nempe ipso facto fit; alia verbo: quando scil. verbis aut literis declaratur, quod documentum haberi debet pro cassato. BART. & PAVL. de CASTR. & IASON. in l. Emotor. 47. §. Lucius 1. ff. de pact. Hoc modo etiam diuidi posset in formalem & informem. Formalis est, quae causam adscriptam habet, propter quam mortificatio facta est; vt si creditor magistratum aut notarium imploret, vt mortificet debitoris documentum obligatorium, quia illud amissum & sibi satisfactum, d. l. 47. §. 1. ff. de pact. & d. l. dissolutae. 2. C. de Condict. ex leg. DAV. MEV. d. Decis. 194. Informis est, quae sine causa appetat facta, & propterea dubia. Conf. MENOCH. de praesumt. lib. 3. praef. 141. n. 2. Sic diuidi posset etiam in veram & falsam: Simulatam & suspectam. (4) Ratione Scripturae tanquam adiuncti non inepte diuiditur in originalem & exemplum, seu copiam; in perfectam & imperfectam &c. Tales & eiusmodi farinae Ben. Lector. nullo negotio sibi ipse construere poterit.

C  
CAP.

## CAP. III.

DE

CAVSA EFFICIENTE ET SVBIE-  
CTO MORTIFICATIONIS.

## Summaria.

## §. I.

**C**AVSA EFFICIENS est triplex; & quidem (1) RE-  
MOTA est VEL ius naturale,

vel Gentium vel Ciuale.

§. II. (2) PROPINQVA

sunt personae PUBLICAE.

§. III. Instrumentum mortifi-

cationis si pro parte verum, pro par-

te falso, an vitietur in totum?

§. IV. PRIVATÆ sunt.

§. V. Qui prohibentur docu-

menta mortificatoria confiscere.

§. VI. (3) PROXIMA est

emanis partium consensu, qui  
probatur. Ex SCRIPTIONE

nuda.

§. VII. 2. Ex SVBSCRI-

PTIONE.

§. VIII. 3. SIGILLATIO-

NE; quae habet eandem vim, quam

manus propria subscriptio.

§. IX. SVBIECTVM sunt

ii, quorum interest, aut quibus dan-

tur litterae mortificatoriae.

§. X. Si uno chirographo sunt

plures rei debendi, & creditor per

donationem mortis causa mortifi-

cet chirographum, uni debitori

autem ex illis instrumentum mor-

tificationis fuerit traditum, Q. an

accipiente tantum, an v. reliquis

quoque mortificatio illa proficit?

§. I.

**C**ausa efficiens est triplex: vel remota, vel propin-  
qua, vel proxima. Quoad Remotam dicitur istam  
esse ius naturale, gentium & ciuale. Naturale scil.  
quatenus nobis modum suppeditat natura voluntatem  
nostram calamo scriptorio in scripturam redigere. Sic  
originem scripturarum ab ipso humani generis parente  
ADAMO scientissimo ad posteros propagatam, nec

C 2

non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-841578-p0033-9

DFG

non liberos Sethi duabus columnis, lateritiae atque lapideae disciplinam rerum coelestium memoriae causa inscripsisse refert POLYDOR. VERGIL. lib. 1. de Inuent. rer. cap. 6. praecipue vero Exod. 31. vs. fin. & cap. 32. vs. 16. vbi ipsum IEHOVAM in monte Sinai digito suo diuino Decalogum Mosi traditum in tabulis lapideis conscripsisse legimus. Quemadmodum igitur natura quemlibet aptum fecit, vt voluntates vel ipse, vel per alios in chartam coniicere possit, sic quoque natura cuiilibet liberam facultatem dedit, voluntates illas, antea chartis demandatas, iterum per mortificationem cassare & annihillari, quia omnia per naturam quoquo modo contraria, contrario modo dissoluuntur l. 35. & l. 100. ff. de R. I. ibique EVERHARD. BRONCHORST. Quod attinet Ius gentium, experientia edocemur, apud omnes ferre gentes scripturam ac instrumentorum usum inualuisse, vid. IACOB. BORNIT. lib. 1. de instrum. cap. 5. RVTG. RVLAND. lib. 5. de Commissar. cap. 1. Et sicut ius civile non tantum modum, sed etiam formam, quomodo in conficiendis instrumentis obligatoriis & aliis procedere debeamus, suppeditat l. 40. pr. ff. de Reb. Cred. l. 41. §. 2. ff. de usur. Ita etiam hunc cassandi & mortificandi modum approbat. vid. d. l. 47. §. 1. ff. de paet. d. l. 84. §. 7. ff. de legat. 1. & d. l. 28. de donat. mort. caus. In illorum autem confectione paeprimis consuetudines locorum, quid inibi styli ac obseruantiae sit, attendi debet. add. Conslt. Maximil. I. von Notarien §. 1. verb. Desgleichen nach Inhalt gemeiner Rechten, oder loblichen Gewohnheit eines ieden Orts eingeföhret ic. l. 9. & l. fin. C. de Testam.

§. II.

## §. II.

**CAVS. EFFIC.** *Propinqua* sunt personae, quae pro diuersitate specierum Instrumentorum etiam mortificatoria confidere possunt, dicuntur *vel Publicae*, vt Principes, Magistratus etc. l. 32. §. 2. & §. 4. l. fin. C. de Appellat. cap. pen. X. de fide Insirum. Decis. Elef. Sax. 39. Et omnes alii, qui autoritate publica pollent, vt Notarii, Proto-Notarii, Secretarii, nec non Actuarii iudiciales, si scil. insuper sint Notarii publici a Comite Palatino creati, ne auctoritas Instrumentorum iudicium a quoquam forsan in dubium vocetur, postquam forma horum essentialis inter alia quoque in eo constitit, vt a Notario publico conficiantur. **BERLICH.** p. 1. Concl. 8. n. 16. seqq. **SPEIDEL.** VOC. Notarien und Protonotarien. Et rebus sic stantibus, Doctor Iuris, qui non est simul Notarius publicus, Instrumenta talia confidere nequit, iuxta d. *Constit. Maximil.* §. Es ist auch ein Notarius etc. ibi: Er wäre denn Doctor etc. quia non simul ad Notariatus officium creantur, et iuramento speciali obstringuntur, quod tamen vnice dat formam et esse Notario. **CARD. TUSCH.** Concl. pract. 70. n. 18. lit. N. **MASCARD.** concl. 926. n. 2. de quibus in terminis etiam Responsum Lipsiense a **MATTH. BERLICHIO** dissentiente in *Decis.* 27. n. 10. et p. 1. Concl. 43. n. 50. seqq. adductum, si paulo altius inspiciatur, loquitur, **CARPZ.** lib. 6. Resp. 18. n. 14. seq. et in process. Iur. Tit. 2. Art. 3. n. 71. seq. **WALTHER.** cap. 18. de privileg. Doctor. qu. 77. §. 125. seqq. Sicut enim Doctor et Notarius nomine differunt, ita etiam officio et effectu. **IACOB. BORNIT.** lib. 2. de Instrument. cap. 15. peritus literarum. Quid vero, si Instrumentum mortificatorium a

Notario publico putatiuo, et condemnatio de Falso confectam, *an propter condemnationem illam reddatur nullum ac inualidum;* Affirmativam sententiam et quod instrumentum a tali putatiuo Notario quem omnes credebant esse legitimum, confectum nullius momenti sit, multi Doctores fouent, vid. BARTOL. in l. 7. vers. ex fine. C. de Numerar. n. 2. FRANC. TVRZANVS. Commun. Opin. concil. 91. & alii. Eiusmodi enim notarii illegitimi acta sunt inania, & is, qui non est notarius, gerendo se pro notario committit falsum, l. 27. s. 2. ff. ad L. Cornel. de Fals. Falsarii autem instrumenta valere non possunt l. 12. C. de Suscept. & Act. Sed quaestio haec distinctione expedienda videtur, *aut* instrumenta sunt suscepta atque confecta ante, *aut* post detectam conditionem & condemnationem talis notarii; Si ante in publicam formam illa redacta, partique petenti tradita, habent plenariam fidem, si non rigore aut subtilitate iuris, saltem ex aequitate, ut expresse SALYCET. ad l. 1. C. de testament. n. ii. & l. 3. ff. de offic. praetor. in qua lege obseruatur, ea, quae a Seruo Barbario, qui ab omnibus liber, & iudex esse reputabatur, pronunciata sunt, iuris quadam fictione propter gestorum vtilitatem & communem errorrem valere debere. Et sic omnia gesta a falso magistratu, qui publice pro vero habitus fuit, valida ac firma sunt, et certe ea, quae statuit & decreuit de aequitate rei iudicatae autoritatem obtinent. HOTTOM. quaest. illustr. 17. HERM. VVLTEI. in lib. de Iurisdic. ad l. 3. C. de Iurisd. omn. iud. n. 23.. In simili etiam eadem decisionis rationem scribit SOCINVS Volum. 1. Consil. 32. n. 19. quod communis opinio, existens habilitate & legitimatione agentis, in tempore quo aliquid fecit, ope-  
retur

retur ut illud valeat, licet postea appareat, ipsum inhabilem seu illegitimum fuisse, et propterea dicit valere praeresentationem ab eo factam, qui erat in quasi possessione iuris patronatus, & communis opinione existimabatur patronus, licet enim postea appareat eum non fuisse patronum, nihilominus praeresentatione non infringitur.

*c. Consultationibus 19. X. de Iure Patronat. c. querelam. 24. X. de Election.* Is igitur, qui tali notario instrumenta conficienda committit, alicuius negligentiae aut supini erroris, qui eis opitulari non beat, accusari non potest, quod non in eligendo prudentior fuerit; Nam excusat eum communis opinio, & praesumtio illa magna, in fauorem illius, qui diu fuit in qs. possessione facultatis conficiendi instrumenta, nemine contradicente.

**PAVL. CASTRO.** in l. 7. C. de fide Instrum. n. 3. **SALY-CET.** d. l. **COVARRVV.** quaest. praef. cap. 19. n. 7. Quod si vero notarius fuerit, & post condemnationem suscipiat & conficiat instrumenta, illa amittunt fidem, nihilque probant, **SICHARD.** ad l. 2. C. de fid. Instrum. n. 7. **CARD. TVSCH.** Conclus. praef. 100. lit. N.

### §. III.

Quid si autem instrumentum mortificationis pro parte verum, pro parte falsum est, an vitietur in totum? Nam si totum falsum est, nullam fidem meretur *c. inter dilectos.* 6. X. de fid. instrum. l. 2. § 3. C. eod. Distinguendum est ita: Falsitas aut est in ea parte, quae spectat ad notarii officium, ut in anno, mense & die &c. tunc in totum vitiatur; aut in aliqua parte, quae pertinet ad negotii veritatem, & tunc vitiatur saltem in parte falsa, et non in totum, per Reg. utile per inutile vitiari non debet,

debet, aut falsitas reperitur etiam circa ea, quae sunt de substantialibus, v. g. cum instrumentum dicat de pecunia argentea, quae fuerit aurea, & tunc redditur in totum falsum. SPECVLAT. in Tit. de Instrum. Edit. §. 9. n. 22. seqq.

## §. IV.

Personae priuatae sunt omnes, qui documenti absentiam allegant illudque mortificare possunt v. g. Creditores, quibus ex obligatione amissa debetur, l. 40. pr. ff. de Reb. Credit. l. 4. §. 12. C. de solut. eorumque heredes, qui in ius defuncti succedere dicuntur, l. 37. ff. de acquir. hered. l. 104. ff. de solut. licet in instrumento absenti illorum nulla mentio facta fuerit, quia quod virtualiter in instrumentis continetur, de instrumentis esse dicitur. arg. l. 77. de haered. instit. l. vn. C. quor. legat. et quilibet non sibi tantum, sed et haeredibus suis prospexit presumitur. l. 9. ff. de probat. it. Cessionarii, vt et tertii bona fidei possessores Documentorum, Getreue Briefe Imm. habere. ERNEST. COTHM. Vol. 2. Conf. 54. §. 89. si scil. aliud quoddam chirographum, als versezte Briefe und Siegel in manibus habuissent, MATTH. COLER. part. 2. process. Execut. cap. 2. n. 77. IOHANN. GOED. Vol. 1. Consil. Marburg. Consil. 28. n. 109. nec non Emtores. l. 9. seq. ff. de Contrab. Emi. & alii plures, quibus debita exigere possunt, vt mandatarius, quando speciale mandatum habet, l. 86. ff. de solut. ibique Dd. it Tutores tempore administranda tutelae. l. 14. §. 1. l. 49. l. 68. l. 100. de solut. Mater, quae est tutrix. l. 88. eod. ibique GOTHOFRED. Huc referri possunt etiam personae pacientes, vel transigentes. Nam omnes, qui libere consentire,

et

et in dispositione vel conuentione, pacto, aut transactio-  
ne aliquid statuere, aliosque legitimos actus celebrare,  
v. g. documenta obligatoria conscribere &c. valent, si-  
per iisdem etiam documenta literatoria et per conse-  
quens etiam mortificatoria confiscare non prohibentur.  
MEIER. Colleg. Argent. Iur. de fid. Instrum. tb. 4. in fin.

## §. V.

Prohibentur tamen quidam I. Ob imbecillitatem sex-  
us: FOEMINAE, quia remotum est a pudore sexus,  
eas virilibus officiis fungi. l. 2. ff. de R. Iur. 2. Ob defec-  
tum iudicij: INFANTES seu SEPTENNIO mino-  
res l. 18. C. de deliber. quia ex Stoicorum hypothesi  
non sunt rationales. GERHARD. FELTMANN. tr. de  
Iur. in Re et ad Rem. cap. 30. n. 86. Et ut CELSYS in l.  
189. ff. de R. Iur. ait: Nec velle, nec nolle creduntur.  
3. Ob aetatis immaturitatem: IMPVBERES et PV-  
PILLI, qui nondum adimpleuerunt pubertatis annos,  
pr. Inst. quib. mod. tut. fin. quia in his ob aetatem nec vo-  
luntas, nec intellectus recte sese exserit. ILLVSTRIS  
DN. PRAESES in Synt. Iur. Ciu. Exerc. 6. tb. 39. Sic  
etiam nulla negotia celebrare possunt, nisi condicio-  
nem suam faciant meliorem, ac Tutoris autoritas con-  
currat. pr. Inst. de Autor. Tut. l. 9. §. 2. ff. eod. 4. Ob sa-  
nacae menis defectum. (I) FVRIOSI et MENTE  
CAPTI. arg. l. fin. ff. de Injust. rupt. et Irrit. fact. re-  
stam. quia per omnia et in omnibus destituti iudicio  
et intellectu. l. 7. §. 9. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Vn-  
de pariter nec quicquam velle vel agere censi debent.  
l. 47. ff. de Acquir. vel omitt. hered. Sed pro ab-  
sentibus et ignorantibus habentur. l. 2. §. pen. ff. l. 1. §.

D

furio-

furious. ff. de Acquir. poss. l. 124. s. l. ff. de R. I. Nisi dilucida habeant interualla, vbi tempore intermissionis actus nonnullos recte celebrare posse dicuntur. l. 9. C. qui restam. fac. poss. l. 2. C. de Contrab. emt. et vend. (2) EXTREME EBRII, qui scil. vsque ad alienationem mentis poulis obruti, tales nesciunt quid loquantur vel faciant, furiosis enim et mente captis merito annumerantur. c. inebriant. 9. Caus. 15. q. 1. c. 3. c. 5. dist. 35. add. ILLVSTRIS. STRVVIUS cit. loc. ib. 37. B. CARPZ. p. 2. Const. 15. def. 36. Hinc et PLVTARCVS speciem furoris Ebrietatem appellat, quia in Ebrio nulla est ratio, nullum vitae gerendae consilium, sicut enim furiosi nec mortificare possunt, ita nec Ebrii, quia consentire nequeunt. (3) PRODIGI, iuridice scil. tales, sine quibus Decreto Magistratus bonis interdictum. l. 1. l. 6. et l. 16. ff. de Curat. Furios. ARNOLD. VINNIUS Tr. de Paclis. cap. 14. n. 5. aequi- parantur non tantum furiosi l. 40. ff. de R. I. Sed etiam pupillis. l. 9. §. 1. ff. de Reb. Cred. scil. in alienando et omittendo. HEINR. HAHN. ad WESENB. π. de curat. furios. n. 2. Secus tamen in acquirendo, vbi non censentur esse prodigi l. 3. ff. de Nouat. l. 6. ff. de Verb. Obl. proxime Laudat. DN. PRAESES. c. l. th. 38. et CARPZ. d. l. def. 37. 5. Ob defectum Corporis: SVRDI, MVTI et COECI NATVRA tales, quatenus scil. negotia celebrare nequeunt. s. 3. et 4. Inst. quib. non est permitt. restam. eatenus etiam illis non licet mortificare, quia haec sunt connexa, vt: posito uno, ponatur et alterum. PAVL. ZACHIAS lib. 2. Quaest. Medico-Legal. tit. 1. qu. 8. Secus tamen quando mentem suam per signa vel literas, vel per autoritatem aliorum exprimere

primere valent, se alios non tantum intelligere, sed etiam quid negotii geratur percipere. l. 9. ff. de Adopt. l. 4. s. 1. ff. de pad. BLAS. MICHALOR. Tract. de Caec. Surd. et Mut. cap. 41.

## §. VI

CAVSA EFFICIENS proxima est vnamis partium consensus, quo omnia Documenta confici dicuntur. l. 19. C. de fid. Instrum. Sic, cum Chirographum vel aliud Documentum in chartam coniicimus, nihil aliud intendimus, quam quod ea, quae deliberato concepimus, et concipiendo voluimus, exaramus, declarando scil. quae contrahentium Voluntas sit; Ita etiam quando Chirographum vel aliud Documentum fortuito amittimus, annihilamus illud mediantibus literis mortificatoriis, sive firmissimum Voluntatis nostrae indicium damus non tantum *Scriptione nuda*, sed etiam *Subscriptione*, atque *Sigillatione* documenti mortificationis. Simplex namque confessio manu propria facta probat consensum: ea licet non qualificata *Scriptione*, tamen per se satis efficax est, paria enim sunt scribere et subscribere. l. 28. C. de Testament. l. 126. §. 2. ff. de Verb. oblig. MENOCH. de praesumt. lib. 3. praesumt. 66. n. 22. B. CHRIST. PHILIPP. RICHTER. Decis. 29. n. 14. et 22.

## §. VII.

Deinde *Subscriptionis* virtus est, ut omnia contenta praescripta approbata doceat; Etiamsi Documentum mortificationis manu propria non sit scriptum. 10. HANN. SCHNEIDEVV. ad Institut. de Empt. et Vend. n. 7. ANDR. ALCIAT. ad l. 126. §. 2. ff. de Verb. Obl. n. 3.

**OSWALD. HILLIGER.** AD DONELL. lib. 25. cap. 8.  
*lit.* *M.* aut Mandatarius principalis nomine illud subscripsit, arg. *I. fin. §. 2. C. de iure deliber. I. 28. §. fin. C. de testam.* Paria enim sunt mandare et subscribere. *I. 3. c. quod cum eo qui alt. pot.* Et quod quis per alium facit, ipse fecisse censetur. Testium autem Subscriptio fit ad firmiores Contractus probationem. *I. II. c. qui pot. in pignor. IOH. BRVNNEM.* ad *I. 14. C. si. verr. pet. n. 3. seqq.* Interdum tamen Subscriptio ultra agentium scientiam et intentionem non extenditur, v. g. si quis Blanquetum subscripsit ac subsignauerit ad Documentum mortificationis in eo conficiendum; alter vero ad pecuniam mutuo accipendam et obligationem desuper faciendam clam et inscio principali subscriptiente usus fuerit, quia non intelliguntur confirmasse ea, quae postea scripta sunt. Verum subscriptiens talen chartam, errorem et ignorantiam probare tenet. *c. 20. vers. habito. in fin. X. de Election.* **CHRISTOPH. BE SOLD.** *Theaur. practic. voc. Handschrifft.* alias verbis instrumenti tamdiu creditur, donec probetur contrarium. Sibi enim imputare debet, quod tam incautus fuerit, et Chartam Blancam crediderit, Quilibet autem praesumitur scire quid agat, *I. 15. C. de Ref. Vend.* **MATTH. BERLICH.** *p. I. Concl. 14. n. 95.* nec videtur ignorare, quae inquirendo potuit scire. *I. 9. §. 4. ff. de I. et F. ignor.* cum paria sint scire et scire posse. *I. 19. ff. ad SCum Maredon. I. 48. ff. de Fideiussor.* nec quisquam adeo praesumatur dissolutus, ut subscriptiat se receperit id, quod nunquam recepit. *Nouell. 136. cap. fin. in fin.* Facit, quod cum quilibet praesumatur scire qualitatem personae, cum qua contrahit. *I. 4. ff. de Confirmat.* **Tut.** ne alias in eo

eo praesumatur culpa et negligentia, multo magis praesumatur scire contenta literarum, quibus subscriptis, quia maior negligentia est non legere ea, quibus subscriptis; quam non inquirere in qualitatem personae, cum qua contrahis. FRANCISC. ARETIN. ad l. 126. §. 2.  
n. 5. Obiter hic notandae veniunt quorundam Principum Subscriptiones consensum declarantes. Nimirum Serenissimus Elector Saxoniae praeter Nomen etiam vocabulum FIAT Supplicationibus, Decretis et aliis subscribit; Pontifex Romanus vocabulo PLACE T, cum litera initiali Nominis ut C. Clemens; vel verbis: FIAT VT PETIT VR, adiecta dicta initiali litera vtitur. Lusitaniae Reges in Diplomatum Subscriptione semper quinque puncta . . . addere consueuerunt, quae vulnera appellarunt, in memoriam nostri Saluatoris Vulnerum. CONNESTAG. lib. 6. fol. 331.

## §. VIII.

Tandem eandem vim et efficaciam habet sigillatio, quam manus propriae subscriptio. l. 26. §. 1. ff. de pignor. l. 20. §. 1. de Testam. milit. qui enim scripturae alicui sum sigillum apponit, eam approbare videtur. ALEX. TRENTACINQVIYS lib. 2. Tit. de fide Instrum. Resol. 7. n. 7. MATTH. WESEN B. Consil. l. 178. n. 4. quia ipso sigillationis actu in documenta contenta consensisse praesumitur. RVTG. RVLAND. part. 2. de Commiss. lib. 5. c. 30. n. 4. CARPZ. Iurispr. forens. p. 1. C. 17. def. 21. n. 3. Et p. 3. C. 20. def. 34. n. 6. Et hinc sufficit sigillum esse appositum, licet huic nulla subscriptio adiuncta sit. ID. in process. Tit. 14. art. 2. n. 26. seqq. Effectum igitur subscriptionis fortitur subscriptio, adeo, ut, nisi subscriptio sit de forma, loco sub-

scriptionis possit sigillari scriptura. BARTOL. ad l. 22. §. 2. ff. de Testam. & sigillatio non minus praeiudicet sigillanti ac subscriptio subscriptori. arg. cap. 5. X. de probat. Et haec procedunt non solum si suum quis impressit sigillum, sed & si alienum; quia quoad hoc, ut subscriptio approbasse videatur, eique praeiudicium fiat, nihil interest, arg. d. l. 22. §. 2. ff. de testam. licet quoad alia multum interficit. Nam qui apponit Sigillum proprium literis mortificatoriis, non tenetur attestari id suum esse sigillum, vel sua voluntate esse appositorum, quia id in dubio praesumitur, & neganti contrarium incumbit probandum. MENOCH. lib. 2. praeiudic. 18. n. 1. seq. COLER. part. 3. process. Execut. c. 1. n. 128. MOLER. lib. 4. Semestr. 37. in fin. At si quis alienum sigillum documento mortificationis imprimat, de eo debet mentionem facere, & causam allegare, quare alieno sigillo est usus, quia nempe proprium non habet. SCHARFF. Vol. 1. Consil. 7. n. 5. DN. GAIL. de Credit. cap. 2. n. 2964. illa quoque est differentia inter sigillum suum & alienum appositorum; quod si quis Documentum, a tertio scriptum, alieno signet sigillo, eius requiratur subscriptio, ut disceptatio, a quo documentum fuerit sigillatum, evitetur. Si proprium apponat, utilius quidem est, ut subscribat, quia sigillum sine literis testis quodammodo mutus et incertus est. GLOSS. in c. vn. pr. verb. Sigillo. de pac. Constant. non tamen simpli- citer necessarium est. COLER. d. l. et CARPZ. d. def. 21. n. 3. plane quae haec tenus dixi de subscriptione et sigillatione, ea tum demum vera sint, si quis subscriptis, vel documento mortificationis sigillum impressit, ut principalis. BERLICH. p. 1. Concl. 31. n. 7. COLER. c. l. n. 132.

Si

Silencio subsignat et subscripsit ut testis; sibi non praediticat, nec scripta approbat. *I. 39. vbi GLOSS. in verb. non obesse ff. de pignor. action. ibique BARTOL. FRANCISC. ARETIN. n. 1. l. 34. §. 2. ff. de Legat. 2. CAYALC. p. 1. Decis. 33. n. 25.* Hucusque de *Causa efficiente.*

## §. IX.

Progreendiendum nunc est ad SVBIECTVM: quod sunt omnes ii, quibus dantur aut quibus opus sunt literae mortificatoriae, aut quorum interest, ut videre licet in *supra laudat. Instrum. Pac. Osnabrug. §. 2. iunct. 2. §. fin.* sic etiam in causa, quo creditor debitoris chirographum restituere nequit, amissum forte per casum fortuitum, sufficiet, amissione probata, et facta debiti solutione, loco Apochae debitori, vel eius fideiufori instrumentum mortificationis dare, arg. *I. 28. ff. de Donat. Mort. cauf. I. 21. C. de fid. instrum. SICHARD. ad I. 2. C. de Cond. ex leg. ANDR. GAIL. lib. 2. obs. 37. n. 2.* Alias debitor creditorem compellere potest, in tantum, ut solutionem negare, et protrahere valeat, nisi illius chirographum exhibitum restituat, quia debitor perinde obstrictus creditor ad restitutionem debiti, ac creditor ad restitutionem chirographi. AYM. CRAVETTA, p. 6. *Consil. 990. n. 69. IACOB. SCHVLTES.* lib. 1. *quaest. Iur. Ciui. & Sax. 8.* Nam si post aliquot annos, documentum obligatorium resuscitaret, posset iterum ipse Creditor, vel eius haeredes vi. documenti huius debitorem ad solviendum compellere, amissa forsitan facultate probandi solutionem per apocham quia regulariter praesumitur, chirographo penes creditorem reperito, obligationem nondum esse dissolutam. *I. 48. §. 7. ff. de*

32 CAP. III. DE CAUSA EFFICIENTE ETI

*ff. de Legat. I. ANTON. FABER. lib. 8. Cod. Tit. 30. def. 3. CARPZ. p. 2. Conſt. 29. def. 12. aequissimum igitur eſt, vt creditor id, quod ſibi debetur, recipiens debitorem foluentem viciſſim data Apočha literiſque mortificato-riis liberet. IOH. GOTHOFRED. FREYER. Tract. de Solution. cap. II. membr. I. n. 15.*

§. X.

Quid vero, ſi uno chirographo ſint plures rei de-bendi, et creditor per donationem mortis cauſa morti-ficat chirographum, vni autem ex illis instrumentum mortificationis fuerit traditum, *Q. An accipienti tantum, an vero reliquis quoque in chirograpbo comprehensis morifi-catio illa proſit, eaque ſint liberati?* Prius veriſſimum vide-tur, ſoli ſcilicet illi, cui datae fuerunt literae mortiſ-ſatoriae, prodeſſe; quia cum reliquis nec quicquam auctum eſt, neque is, cui tradita, quicquam nomine re-liquorum egit, et vt egiffet, tamen reliquis acceptando nihil quaerere potuifſet, praeferti cum de creditoris animo certo non conſtat; Sed diſtinguendum, vtrum creditor totum debitum in chirographo expreſſum, illi, cui mortificatio tradita, donare, an vero ſaltim partem, quam ipſe debet, remittere, reſiduum ſibi reſeruare; An vero denique omnes reliquos liberare voluerit; Rationes decidendi ſunt in promtu. add. alleg. l. 28. *ff. de mort. cauſ. Donat. ibique Glossatores.*

CAP.

## CAPVT IV.

DE

OBIECTO MATERIALI ET  
FORMALI.*Summaria.*

**O**biectum MATERIALE §. I.  
sunt Documenta literaria, PUBLICA et PRIVATA. PUBLICA sunt VEL absolute et simpliciter talia, VEL secundum quid. ILLA dicuntur quae auctoritate Principis ac Magistratus munita.

§. II. HAEc dicuntur NON tantum omnes libri, quibus officiales extra archivum vtuntur;

§. III. PRIVATA quacunam sunt. Diuiduntur in mixta et mere priuata.

§. IV. FORMALE OBIE-

CTVM est Documentum absens, creditur tamen in rerum natura existere.

§. V. Observanda quacunam circa Documenta absentia. Ut Documentum amissum fuerit in dominio Documentum signum est, quo transfertur dominium.

§. VI. Ut Documentum, cum amittatur, extiterit penes amittentem.

§. VII. Qu. An Amisso Documenti per solum iuramentum probetur? et qu. An malitiose occultans poena falsi teneatur.

*§. I.*

**O**BIECTVM MATERIALE constituunt quaevis Instrumenta seu Documenta literaria, tam PUBLICA quam PRIVATA, quae in Idiomate nostro Germanico vocantur: Schrift oder Briefliche Urfunden, quorum Etymon et Homonymiam fuse satis exponit Ictus incomparabilis OSWALD. HILLIGER. AD DONELL. Lib. 25. cap. 7. Lit. A. seqq. et IACOB.

E

COB.

COB. BORNITIVS *l. i.* de *Instrum.* cap. *1.* et seqq. *PUBLICA* diuiduntur in *absolute et simpliciter talia*, et in *illa*, quae *quodammodo seu secundum quid sunt publica*. HEINR. HAHN. *in obs. ad WESENB.* *n. 2.* CONRAD. RITTERSH. *part. 9. ad Nou. c. 24. n. 12.* *ILLA* dicuntur, quae autoritate. Principis, Magistratus ac iudicis confecta aut munita. *l. 30. et seq. C. de donat.* proxime laudatus DN. STRVVIUS *ad ff. de fide Instrum.* *th. 21.* *Vt (1) sunt Scripturae sigillo Principis authentico corroboratae. c. post cessionem. 7. X. de probat.* vel Magistratus ordinarii. IASON. *in Reperit.* *l. 31. ff. de Iureiur.* vel etiam Ciuitatis, Vniuersitatis, aut Collegii. HAHN. *c. l. MATTH. WESENPEC.* *Confil. 178. n. 14.* (2) Quaevis Scripta ex Archiuo publico, cui ante rite illata sunt, de prompta ac producta, licet in se priuata sunt. *per AVTH.* *Ad haec. vers. item. C. de fide Instrum.* LANCFRANC. *in præf. cap. 9. de fide Instrum.* *n. 5. v. g.* Libri feudales ac Finium die Lager und Lehn-Bücher. it. libri Forestorum, Forst-Bücher, plura de his inde celeberrimi ICTI DN. AHASVERI FRITSCHII *Traditum perelegantem de Iure Archivi & Cancellariae.* (3) Acta iudiciorum, quae dicuntur scripta gestorum. *l. 5. C. de Magistr. conueniend.* ab Officiali rediguntur cum designatione temporis et loci. *c. bonae memoriae. 23 X. de Elec.* ad perpetuam rei gestae fidem constituendam. *l. 2. C. de Edendo. l. fin. C. de Re iud.* vt libri iudiciales, nec non protocolla senatus, vulgo die Maths-Bücher, oder die Gerichts-Amts-Canzley und Recell Bücher, in quibus voluntariae iurisdictionis actus, insinuationes donationum, dotium, testamentorum, tutelarum, vnionis prolium et generaliter omnia, in quibus iudicis decre-  
tum

tum interponitur, inscribuntur. vid. RVTG. RVL. part.  
2. de Commiss. lib. 5. cap. 6. n. 7. & cap. 19. RVDINGER. 1.  
Obs. pract. 22. ERNEST. COTHM. Vol. 3. Consil. 47. n. 48.  
COPPEN. Decis. 46. n. 11. sev.

## §. II.

**DOCUMEN TA** quodammodo seu secundum quid publica dicuntur, non tantum omnes fere libri quibus officiales extra archiuum vti consueuerunt, quales sunt (1) Libri censuales; Germ. Saal-Bücher, quibus bona censualia et census inscripta sunt, FRIDER. MARTIN. lib. 1. de Censib. cap. 1. n. 40. IOH. RVDINGER. 4. Obs. pract. 4. his annumerari solent die Erb-Bücher, oder Erb-Register, in quibus domini operas & seruitia rusticorum annotare solent. vid. IAC. SPEIDEL. Specul. Var. Iur. polit. obs. voc. Erb-Register. item catastra, die Steuer- und Anschlags-Register. dicuntur ciuium ac bonorum descriptiones publicae in tabulis publicis, tributi, quod pro censu pendendum est, imponendi causa. vid. ROEVENSTR. rechtl. Bedenken von Anlagen. in Resp. Facult. Marburg. pag. 85. n. 480. CASPAR. KLOCK. de Contrib. cap. 17. n. 29. (2) Libri collegiorum vel tribuum, Zunft-Bücher, RVTG. RVLAND. p. 2. de Commiss. lib. 5. c. 10. n. vlt. SED etiam instrumenta, quae in forma solenni ac probante facta sunt per notarium publicum requisitum. l. 17. C. de fid. Instrum. Nou. 47. in prooem. v. g. Testamenta &c.

## §. III.

**PRIVATA** documenta sunt, quae non a publicis, sed priuatis personis facta, subscripta ac sigillata  
E 2 sunt,

sunt, nec per se autoritatem habent. *l. 5. & seqq. ff. de probat. l. 9. & 10. C. de fid. Instr.* Et diuiduntur in mixta, quae ratione scribentium sunt priuata, ratione effectuum pro publicis habentur: vt instrumentum nuptiale, *Ehe Stiftung. l. 1. C. de Dot. promiss.* item libri mercatorum, die Handels-Bücher, darinnen die Einnahm und Ausgaben, Schuld- und Gegen-Forderungen begriffen seyn; Et mere priuata, quae sunt a mere priuatis personis, nullis accidentibus adminiculis. *l. 5. C. de probat. RVTG. RVL. d. l. cap. II. n. 1. quorum species NICOL. DE PASSER. lib. 1. de Script. priu. quaeſt. 2. n. 1 seqq. recentet TRES: 1. Chirographa. 2. Libri rationum. et 3. Epistolae. Prima est CHIROGRAPHVM vel OBLIGATORIVM, quo debitor sibi debitum fatetur, et ad restituendum illud se suosque obligat. *l. 40. pr. ff. de Reb. Cred. l. 26. §. 1. ff. de pignor. vulgo eine Schuld. Verschreibung.* Huc etiam pertinet Antapocha, qua debitor fatetur se annuas praestationes soluisse, & suum praedium pensioni esse obnoxium. *l. 19. C. de fid. Instrum. it. Literae cambiales, Wechselbriefe. PETR. BENINTENDVS Decif. Bonon. 58. ANTON. DE GAMM. Decif. Lusitan. 336. n. 1.* sunt breue instrumentum priuatum, a tractante subscriptum continens eius mandatum factum illi, ad quem dirigitur tracta, de soluenda summa ei, cui facta est remissa cum expressione diei et loci celebrati cambii ac destinatae solutionis. RAPHAEL DE TVRRI Disp. 2. de Camb. quaeſt. 1. n. 1. seqq. vel LIBERATORIVM, quale est Apocha, qua creditor sibi a debitore solutionem factam esse profitetur. *l. fin. §. 2. C. de Condic. indeb. vocatur vulgo Quitantia, eine Quittung, quia exinde debitorem reddit quietum & securum. Secunda species**

species dicuntur LIBRI RATIONVM, quibus continentur data & accepta, credita, obligata et soluta.  
**GOTHOFRED.** in *Not. ad l. 6. §. 3. ff. de Edend.* Et ter-  
tia: sunt EPISTOLAE, quibus quis absenti mentis  
suae declarationem aperit atque declarat, ipsumque de-  
re aliqua certiore facit. *l. 26. §. 1. & 2. ff. de pos. l. 34. ff.*  
*de pignor.* Huc referri possunt literae commendatitiae,  
Recommendation-Schreiben, quae certis in casibus ob-  
ligant. **NIC. DE PASSER.** *lib. 3. de Script. priu. quaest. 5.*  
*n. 6.* it. literae credentiales; si aliquid speciale contineant.  
it. Bacilli fissi, vulgo Kerbstöcke, quia hi comparantur  
cum scriptura priuata, quae plene probat; Sicque ha-  
bent vim instrumenti priuati, ut ex **BOCERO DN. GOS-**  
**VVINVS AB ESCHENBACH in Addition. ad CARPZ. p. 2.**  
**C. 4. def. 7.** refert, nam licet bacilli fissi verorum instrumen-  
torum nomen non obtineant, cum neque literis, neque  
alia parte instrumenti constent, recte tamen quasi in-  
strumenta dicuntur, quod analogia quadam vero instru-  
menta imitantur, & ad eorum similitudinem proprium  
cum illis effectum et paratam executionem habeant. *arg.*  
*l. 29. ff. de probat.* **ILICO VMM. process. Disp. 23. n. 12.**  
**IAC. BORNIT.** *lib. 2. de Instrum. cap. 45.* Et alia  
multa. Quae omnia, si nimirum furto, suppressione,  
aut spolio tempore belli et similibus amissa sunt, vel  
in totum, vel pro parte a facultatem habentibus pro  
qualitate negotii mortificari et annulari possunt, ut in  
frequentibus videmus.

#### §. IV.

FORMALE OBIECTVM est, quod Docu-  
mentum sit (1) ABSENS, CREDITAVR tamen (2) IN  
E 3 RERVM

RERVM NATVRA EXISTERE. Abesse autem res dicitur, 1. quando non amplius est in rerum natura, et tum, si est animata, dicitur mortua, cap. 7. X. de offic. deleg. Si inanimata, dicitur periisse v. g. quando incendio consumta. l. 5. ff. de Reb. Cred. l. 5. §. 4. ff. Commod. 2. quando est quidem in rerum natura, sed non in hoc vel illo loco. c. fin. de probat. MARTIN SOCIN. Tr. de Testibus. n. 265. Et sic Documentum Absens dici potest vel *Amissum*, vel *Impetratu difficile*. De variis acceptationibus verb. *Amittere* legi possunt, BVDAEI Annotat. ad ff. l. 2. O. iur. p. 1. pag. 142. GOEDD. ad l. 14. ff. de V. S. Hoc loco erit *Amittere* quando res dominio subiectae extant in alicuius custodia et possessione, ita, vt possint ea (fato) excidere, aut (vi) priuari, vt penitus ignoretur, vbi sint aut quaeri debeant. REBVFF. ad l. 83. ff. de V. S. pag. 140. seq. Dominio tamen earum nihilominus penes amittentem manere, l. 3. §. 13. ff. de Acquir. possess. add. ibi IACOB. CVIAC. §. 13. et GOTHFRED. ad l. 13. pr. eod. lit. a. quales non sunt *res Inmobiles*. Hae enim sunt in aperto ac propatulo l. 2. C. quand. et quibus quarta pars. et licet earum possessio amittatur, diligenti tamen inquisitione per testes, Catastra, libros publicos etc. instituta, non possumus eas, vbi locorum sitae sint, penitus ignorare. Sed *Mobiles*, quarum locus variari, aut quarum custodia pluribus longe modis negligi potest aut amitti, vt non inueniantur. l. 3. §. 13. et l. 47. ff. de Acquir. vel amitt. poss. eripiendo, auferendo, eiiciendo, priuando etc. vid. IAC. CVIAC. in Recitat. ad d. l. 47. De quarum Mobilium amissione frequentes audire est querelas, vt: de Amisis Documentis, Chirographis, apochis, Confirmationibus,

bus, recessibus etc. *t. t. ff. et de Cod. fide Instrument. et amission. eor. de amissis libris.* Sic Libri Mosis ad tempus amissi leguntur. donec iterum producti fuerint *2. Reg. 22. vers. 8. de Amissa pecunia §. fin. Instit. quib. alien. licet etc.* Ex hisce ergo haut obscure appareat, quaenam necessaria ad Documenta absentia et amissa sint obseruanda.

### §. V.

PRIMVM est, vt Documentum cum amittitur fit in Dominio *arg. 83. ff. de Reg. Iur. ibique EVERHARD. BRONCHORST. et alii Dd.* Nemo enim amittit rei proprietatem et possessionem, cuius nunquam fuit propria. *l. 208. ff. eod.* Sed Documentum signum est, quo transfertur dominium et possessio; Signo vero sublato non mox tolli signatum Philosophia docet; Sic Documento deperdito non intercidit obligatio, si modo aliter probari possit. *l. i. C. de fide Instrum. et amission. eorum.* priuandus igitur alter non est possessione, si constet Documentum in conspectu rei nomine ipsi fuisse traditum. *l. 24. ff. probat. ANDR. GAIL. 2. Obs. 24.* Miles namque in Bello Titii Creditoris Chirographum occupans, non statim ius exigendi et accipiendo debitum, quod ossibus personae adhaeret, et per scripturam tantum probatur, ipsi acquirit *d. l. i. C. de fid. Instr. REINHARD. BACHOV. AD TREVTLER. p. 2. Disp. 4. in Coroll. 41.* quia Scriptura non continet obligationem, sed eius probationem, imo nec probat, nisi id contineat, quod probandum est, *l. 4. ff. de pign. et l. 4. ff. de fide instr.* Vnde talis amissio Chirographi non nocet creditori, *PETR. GYDELIN. n. 7. seqq.* nec liberationem

tionem parit debitori, ANDR. GAIL. lib. 2. de Iure pac. cap. 4. Obs. 37. IOACH. BVRGER. Cent. 1. Obs. Iurid. Polit. Milit. 26. sed manet obligatio seu ius crediti in chirographo non contentum, quod aliis legitimis modis probari sufficit. d. l. 1. Secus tamen est in vniuersali occupatione a Principe Victore facta, vbi tota Ciuitas cum omnibus suis iuribus ac rebus occupata est. HYGGO GROTIUS lib. 3. de Iure Bell. et Pac. cap. 7. n. 3. et 4. it. cap. 8. n. 4. ALBER. GENTIL. l. 3. d. Iur. Bell. cap. 5. pag. 502. vid PACIFICAT. OSNABRVG. Caesar. Suec. §. 4. vers. Contract. et §. seq. Huc pertinet Quaestio: An etiam eo ipso simul possessio rei mibi ablata, si alter Instrumentum captae possessionis mibi vi auferat? Resp. Turbabitur saltem possessio, si Instrumentum hoc animo auferatur, vel etiam eo solo, quod neget quis alterum possidere, praesertim si id coram judice dicat. l. 35. ff. de R. Vind. BRVNREM. in Repetit. π. WESEN. quaest. 19. vii possider. De Documentis furto ablatis. vid. l. 20. C. de probat. ex qua Interpp. colligunt, quod semper contra eum, qui Documenta originalia surripuit, presumatur, quod causam suspectam et malam habeat. BRVNREM. ad d. l. 20. Sed neque per hoc deciditur Quaestio nostra; Dicendum igitur: Etiam sublato Documento saluam manere possessionem, si modo surripiens non simul realiter rem occupauerit. Iura enim probant fictam possessionis translationem per Documenta, sed hoc, vt ficto modo per Documenti subreptionem iterum surripiatur, nusquam magis probant. Magis E. prospiciendum est vero possessori, et pro eo, qui surripiuit Documentum, non presumendum, quod scil. ille possessionem consecutus fuerit. arg. l. 20. C. de probat.

*probat.* Sed redeat ad Dominum, quod fuit ante suum.  
Conf. IOACH. BVRGER. Cent. I. Obs. Iur. Polit. Mil-  
lit. 26.

## §. VI.

SECVNDO requiritur, ut Documentum cum amittitur, extiterit penes amittentem. Amissio enim requirit rei amittendae praexistentiam. l. 9. C. de pign. aet. priuationem etiam inuoluit, quae ex naturae necessitate praerequirit habitum Dd. in d. l. 83. et l. 208. ff. de R. Iur. vnde afferenti, se illud amisisse, non creditur, l. 1. l. 4. C. de fide Instrum. Sed malitiose occultatum praesumitur, l. 6. §. pen. ff. de Edend. nisi probet Amissionem vel per testes, vel per Iusurandum vel per manifestissimas praesumtiones. l. 18. C. de Testib. l. 21. et l. 11. C. de fide Instrum. l. 15. in fin. ff. de Reb. aut. iud. pos-  
fid. MAVL. Thesaur. Theor. præct. Traçt. de Deposit. Rubr. de deposit. offic. in fin. Ioseph. MASCARD. de probat. Concl. 87. n. 5. seq. et Concl. 88. n. 6. l. II. ALEXAND. TREN-  
TACINQV. lib. 2. Resol. præct. 4. LEONHARD. DVARD.  
in Resolut. de Censib. §. 2. qu. 15. n. 10. Nec obstat hic  
GLOSS. in l. 17. ff. de probat. quod amissionem alleganti  
documentum non extare, credatur eo ipso, quod illud  
non extare afferat is, qui eo nomine conuenit.  
Hoc enim tum procedit, quando pro negante est praesumtio iuris, qualem pro se habet haeres, qui conficit  
solemne inuentarium, alias secus, ut pulchre explicat  
DIDAC COVARRV. lib. 2. Variar. Resolut. cap. 6. n. 4.  
seq. Sed supra dicta assertio procedit etiam, quando  
documentum originale penes acta produendum, et illius  
copia dimissa originale producenti restitutum fuit, tunc

F

ex

ex quo semel in actis productum fuit, eique fides imposita per copiam collationatam, pars tunc, quae habuit copiam illud falsi vult arguere, iterum originale producere tenetur nisi amissionem iuramento probet, iuxta l. fin. C. de fid. instrum. cum enim semel habuit, praesumitur adhuc habere, nec amissio tanquam factum praesumitur, l. 4. C. ad Exhibend. add. IACOB. MENOCH. lib. 6. de praesumt. cap. 64. n. 4. Secus tamen est, si originale penes acta praesentauit, non relista copia, et deinde sub aliqua excusatione, & sub promissione restituendi, ab actuario iterum accepit, tunc enim non est concedendum huic praefatum iuramentum: Et si iurauerit, et eo non obstante, documentum exhibere tenetur, alias contra ipsum in item iurabitur, ita MATTH. DE AFFLICT. in Decis. 330. et SALICET. ad c. l. fin. Verum, si is, a quo editio petitur, nolit iuramentum praestare, se documentum originale neque habere, neque dolo habere desisse, hoc casu iterum ediri debet, Si autem non editur, haec solum poena est non Edentis, quod documentum illud pro vano et irrito habetur, solum aduersus eum aduersus quem productum erat. HVGO DONELL. in Commentar. ad l. fin. C. de fid. instrum. n. 3.

### §. VII.

Sed. Q. hic: An amissio per solum iuramentum probatur? Affirmat BART. in l. si quis argentariis. 6. 53. §. pen. ff. de Edend. GVID. PAPA Decis. 244. Negat MASCARD. si de aduersarii graui praeiudicio agatur. de probar. Concl. 88. n. 9. et Concl. 90. vel quando contra amittentem vrget aliqua praesumtio non amissionis, sed occultationis, FARINAC. Vol. 2. Confil. 129. n. 13. vti in graui causa, qua quis testa-

testamentum se amisisse dicebat, sed dolo occultatum videbatur, ne veritas appareret, respondit. Q. An non talis malitiosa occultans poena falsi teneatur? Omnino, quia falsitas non solum committitur, quando falsum quid in instrumento sit positum, sed etiam quando ipsum instrumentum, ut de veritate contentorum apparere nequeat, celatur & occultatur, iuxta l. 16. §. 2. Et l. 23. ff. ad L. Corn. de fals. add. infra n. 72.

### Summaria.

- §. I. Amissionem probat, qui eam al- gatum documentum revera fuisse incendio combustum.
- §. II. Casus fortuitus est vel MANIFESTVS, qui debet aperte probari, vel CLANDES- STINV S, qui debet probari prae sumptionibus.
- §. III. Q. An eiusmodi testatio testatori fidem faciat instrumentum habuisse. Neg.
- §. IV. Casum conquerentibus non est credendum.
- §. V. Debitor apochae amissio nem iuramento probare nequit.
- §. VI. Testes scire debent alle-
- §. VII. Requisita testium ad probandum tenorem chirographi.
- §. VIII. Creditor chirograp- bum per iracundiam lacerans, creditum semiplene probat.
- §. IX. Amisso documenti probatur per prae sumptiones.
- §. X. Ammissione non probata non creditur amissionem alleganti.
- §. XI. Absentia documentorum tam publ. quam priuatorum, siue sunt difficillimae impetracionis, oder die verlegt seyn, nemini nocet in re qualibet.

### §. I.

SICVT autem amisso probanda est ab eo, qui in ea fundat suam intentionem, l. 16. C. de probat. IOHANN. SICHARD. ad l. 20. C. de fid. instrum. MASCARD. v. l. IOHANN. PETR. SVRD. Vol. I. Consil. 109, n. 9. seqq.

F 2

Ita

Ita etiam interdum amissionis qualitas, casus nempe fortuitus est probandus, *l. 6. §. 9 ff. de Edend.* scil. ab eo, qui in qualitate se fundat; siue id fiat excipiendo a Reo, siue replicando ab auctore **TACOB. MENOCH.** *Consil. I. n. 49. AVGVSTIN. BARBOS.* *Loc. Commun. voc. Qualitas. Axiom. 6.* Reus quidem, si de amissione fortuita excipit, cum contra se habeat praesumptionem, non quidem doli, vid. alleg. **BARBOS.** *d l. voc. Dolus. Axiom. 3.* Sed quod per negligentiam, aut cum ea, amiserit. **DAVID ME- VIVS** *Lib. 3. ad ius Lubec. tit. 2. Art. 1. n. 9.* probare debet, sine aliqua sua culpa eandem accidisse. **JOSEPH. MAS- CARD.** *de probat. Concl. 87. n. 2.* Quod si autem auctor replicando documentum culpa vel dolo amissum esse asserit, tunc has qualitates, et quod dolus vel culpa occasionem et causam perdenti casui praebuerit, probare tenetur, arg. *l. 18. §. 1. ff. de probat. l. 5 l. 6. C. de pigno- rat. auct. Conf. IOH. GRYPHIAND.* *Traff. de Oeconom. Le- gal. l. 1. cap. 25. n. 223. seqq.* Et regulariter iuris est, eum debere casum fortuitum probare, qui casum allegat, *l. 1. C. de Testament. l. fin. §. ergo in casu. ff. de Custod. et Ex- bib. Reor. ANGELVS in l. 6. §. 8. ff. de Edend. n. 6.* quae regula est pars et continetur sub illa regula generali, eum probare debere qui dicit, non qui negat. *l. 2. & l. 23. C. de probat.* Quo casu probato, non adstringitur amplius, vt sine sua culpa, aut vitio amittentis, eum contigisse prober. *d. l. 5. C. de pign. auct. ibique Dd. MAVL. r. l. n. 5.* vti ex infra adductis exemplis patebit.

## §. II.

Iam vero non praeterreundum, quod **BARTOL.** *in l. si creditor. 5. C. de pignor. auct. dicit:* quod quidam sint casus

casus fortuiti multum patentes, vt naufragium, terrae motus, incendium, ruinae. AVTH. Nauigia C. de furt. l. 43. §. 43. II. ff. eod. l. 4. & seqq. ff. de Incend. Ruin. nauf. it. Tumultus, incursum hostium, inundationes &c. Ex his enim non praesumitur mox instrumentum esse amissum, quia vis hostium etc. est casus, qui fit aperte probari. l. 5. C. de fid. Instrum. MODESTIN. PISTOR. Vol. I. Consil. 67. n. 15. & Consil. 68. n. 5. Quidam etiam sunt casus fortuiti, qui clandestine occurunt, vt sunt furtorum, infectorum aut murium depastio etc. et in ipsis non est standum simplici assertioni conuenti. arg. l. 8. C. de pignorat. act. Sed debet probari aliis praestumptionibus, vel probabilibus conjecturis, vt si probatur, quod ostium noctis tempore fuit fractum, vel quod famulus vel ancilla aufugit. BART. in l. si quis. 7. C. unde vi. Consent. FVLGOS. IASON. et SPECULATOR. qui dicit, quod per acclamations factas in domo de nocte ad vicinos, succurririte, quia fures sunt in domo, qui omnia exportant, non probatur furtum, quia alias multae fraudes fingi possent. ALEXAND. TRENTACINQ. lib. practicior. Resol. 9. vel: Meius domo egressus, testibus adstantibus ita dixit: In his aedibus meis, quas videtis incensas et combustas esse, fuerunt omnia mea documenta originalia, et in his instrumentum obligatorium, quo mihi Titius in centum thaleros ex causa mutui obligatus; peto ut mihi testes sitis.

§. III.

Quaeritur: An eiusmodi testatio Testatorem adiuuet, vt fidem faciat? vel eum instrumentum habuisse, vel casu amisse? Resp. Sicut testanti fides haberi non debet: Is enim

de re sua testatur, sed nemo in propria causa testis est Idoneus. *l. 10. C. de Testib.* Ita etiam depositioni testium multo minus fides haberi debet de re dubia, quia credidorem ea instrumenta habuisse, et casu amississe, testes non affirmant, sed dicunt se audiuisse, cum Meuius id testaretur, quod testimonium de auditu in iure improbatum est. *l. 18. C. de testib.* et *l. 13. Cod. de fide instrum.* ibique GLOSSATORES.

## §. IV.

Propterea non statim casum conquerentibus credendum esse rescribit, *GORDIANVS in l. 5. C. de fid. Instrum.* Id quod maxime procedit in instrumentis, in quibus non raro amissio fraudulenter allegatur, ne eorum falsitas vel aliud vitium detegatur. *IO. PET. SVRD. Vol. 1. Conf. 109. n. 13. conf. supra n. 55. seq.* casu autem probato ac iustificato, tunc creditur amissionem alleganti iuramento. *HONDED. Vol. 1. Conf. 19. n. 19.* quod etiam procedit, si documenti absentis editio iure actionis petitur, vt in *l. 6. §. fin. ff. de Edend.* ibique *BRVNDEM.* Iniuncta autem amissionis fortuitae probatione, non poterit se ad iuramentum offerre, quia conditio, si probauerit, non adimpletur per probationem praesumtuam, nec per iuramentum, sed opus est probatione vera et legitima. *GAIL. 2. c. 37. n. 3. BEROVS Vol. 3. Conf. 19. n. 14.* quae fit per testes. *SVRD. Confil. 109. n. 8. vol. 2.* Secus si editio officio iudicis petatur, tunc iuramentum sufficiet, nisi iudici aliter visum fuerit, cuius arbitrio hoc subiectum, *RVTG. RYLAND. p. 2. lib. 5. de Commiss. cap. 25. n. 14. HONDED. Vol. 2. Confil. 43. n. 18. B. MEVIUS p. 2. Decis. 283.* modo is, qui amissionem alle-

gat,

gat, si persona fide digna, et amissio non sit magni pra*judicij*. BERLICH. *Decis. 9. n. 4. seqq.*

## §. V.

Congruē hic Q[uod] An etiam debitor, si apochae absen-tiam alleget, eiusque amissionem iuramento probare velit, sit audiendus? Neg. per *text. clar. l. 18. C. de testib. in qua re-quiritur*, ut probatio casus fortuiti fiat per testes, et alios euidentes modos, ad quos non spectat debitoris iuramentum in propria causa, cum non sit species verae probationis, nisi forsitan ex aliis apochis, quae adhuc sup-persunt, maiorem partem debiti solutam esse, constet, et praesumptio aliqua sit pro solutione facta, et assuerans sit vir honestae famae, nam saepissime ex temporis diu-nititate solutio praesumi solet, secundum ea, quae tra-dit MENOCH. lib. 3. praesumt. 135. n. 3. seqq. add. HARTM. Pistor. lib. 4. quaest. 14. n. 36. Quo etiam re-spxisse puto ICtos Ienenses, anno 1610. Verba responsi: Belangende aber die sub Num. 9. am dato Sonna-bend nach Cantate An. 1571. unbesiegelte und nicht un-terschriebene Quittung, und derselbigen als 1223. fl. 3. gr. einverleibte summa, ist Beklagter von Lichtenhain vermittelst leiblichen Lydes, daß er nemlich anders nicht wisse, noch glaube, denn solche summa gewiß be-zahlet und erleget sey, zu erhalten, und daß die rechte Quittung verloren, auch von ihm hierunter nichts umgefalschtes geführet, dardurch sich zu entledigen schuldig. B. R. W. Sed si in probatione succumbat, non statim condemnandus, cum documenti amissionem aut tenorem aliis euidentibus modis probare possit d. l. 7. de Cod. Fid. Instruun. Et amiss. eor. MEVIVS d. l. Decis. 284.

## §. VI.

## §. VI.

Si quis igitur indubie velit probare se amississe instrumentum: tunc necesse est, testes scire non tantum casum fortuitum, incendium nimirum esse ortum, sed etiam illud eo incendio fuisse combustum: Imo et tenorem illius scire debent; alioquin fieri posset, ut non hoc instrumentum, de quo agitur, sed aliud incendio perierit; non tamen requiritur, ut conficiendo instrumento interfuerint, quia hoc interdum nihil ad probationem faciendam pertinet, cum euenire potuerit, ut hi testes qui non adfuerunt instrumento conficiendo, postea illud perlegerint; aut totum comburi, aut illius partem nondum combustam viderint, quo casu per eos testes satis probare videatur amissio instrumenti. *IVL. PAC. ad l. 13. C. de fide Instrum. n. 4.* Et sic interdum vtrumque et tenor et amissio, interdum vero solus tenor documenti amissi ab eo, qui in iis se fundat, pariter probandus est. Confer. *H. HAHN. in obs. ad Wef. π. de fide Instrum. & amiss. eor. n. 6. GEORG. FRANTZK. lib. 2. var. Resolut. 14. n. 4. seqq. FRID. PRVCKNER. Vol. 2. Consil. 18. n. 30. BARTHOL. CAEPOLL. Tr. de Caut. l. Caut. 148.* Quoniam probatio haec debet esse manifesta, recepta, euidentis, legitima, indubia et plena, *per l. 1. l. 7. l. 11. C. de fid. instrum. SICHARD. ad l. 30. Cod. de fid. instrum. & amiss. eor.* sequitur ad tenorem amissi documenti per testes probandum non sufficere, si illi dicant; se vidisse vel legisse documentum, quia sicut exemplari transcripto non creditur, sed ad authenticum recurri debet. *l. 2. C. eod. AVTH. Si quis in aliquo. C. de Ed. nd.* Ita nec testibus de authentico referentibus fides habenda, illo non probato, quia in documento authentico multa

multa vitia latere possunt, quae aliis legentibus non sunt obseruata, quae emergent postea, quando diligenter inquiritur. PARIS. DE PVTEO Tr. Extens. et Reassumt. Instrum. qu. 20. n. 27.

## §. VII.

Communiter itaque ad probandum tenorem in testimonio dicendo sequentia desiderantur requisita: vt testes. (1) sint litterati, legum periti, Notarii, qui facile possunt documentorum falsitatem cognoscere, BART. in Auth. *Si quis in aliquo documento, C. de Edend. n. 9. IVL. PACIVS a BERIGA in l. 21. C. de fide Instrum.* n. 4. (2) Sed scire apud creditorem documentum chirrographum fuisse, Meuium scil. ex hac vel illa causa 100. thaleros debere creditor. (3) Eius tenorem se vel legisse, vel debitorem approbantem audiuisse, (4) illud vel propria manu debitoris, vel ab alio eius mandato scriptum & sigillatum fuisse MATTH. DE AFFLICT. *Decis. 274. n. 4.* (5) De loco, tempore, mense, anno et die. ABB. in c. 1. extr. de fide Instrum. Imo (6) in nulla parte vitiis ac defectibus laborasse, SALICET. in l. 5. C. le fid. Instrum. n. 2. HVGO DONELL. in l. 18. C. de fid. instrum. Sicuti hoc etiam de testamento nuncupatiuo in scripturam redacto tradit et illustrat eleganti praeiudicio B. CARPZOVIVS: Wann nun gleich die Zeugen, so bey Aufrichtung des Testaments Nuncupatiui gewesen, mit Tode abgegangen, das Instrumentum auch nicht mehr vorhanden wäre; Da aber dennoch zwey oder drey glaubwürdige Personen vermittelst Endes aussagen und bezeugen würden, daß ihnen I. wissend, daß ein richtiges Instrumentum über

G

vor-

vorgedachte Verordnung aufgerichtet, sie dasselbige 2. gesehen, 3. gelesen, und 4. den Inhalt überzehilter massen daraus vernommen hätten, so würde durch solches Gezeugnūß die beschēhene Nuncupatio Instrumenti zur Nothdurst behauptet etc. p. 3. C. 3. def. 41. Hoc modo potest tenor probari per testes iuratos ad minimum duos, et quidem alios instrumento amissō non adhibitos, consentit IVL. PACIVS a BERIGA in Comment. ad l. 17. C. de Testib. n. 66. Etiamsi alias non erat probabile, nisi per plurimos, BERN. GRAEVEVS, p. 1. Concl. 71. n. 12. vbi ex BART. ad l. testium. 18. C. de Testib. n. 3. vers. vlt. exemplum ex scriptura testamenti facti coram 7. testibus ponit. Hinc distinguendum arbitror, vt si duo testes testamentum amissum in originali se vidisse dicant, deque eius solennitate et tenore attestentur, sintque eius rei periti, sufficient, c. cum olim. 12. X. de priuil. IOH. SICHARD. ad d. l. 18. C. de Testib. n. 7. Quod si se adfuisse, cum testator tabulas condidit, dicant, tamquam eius fuisse voluntatem, solennis numerus sit necessarius. vid. ANDR. ALCIAT. Comment. ad Tit. ff. de paci. l. 17. n. 35. pag. 162. Quod si autem testes non sint periti, sed ignari solennitatum, tunc faciunt semiplenam probationem, et iuramentum suppletorium deferri potest. BART. c. l. censem. IASON. eod. FELIN. in cap. 16. de Sentent. Et re jud. n. 2. vers. Et quamuis testis.

### §. VIII.

Semiplene autem probare censetur CREDITOR, si habeat documentum obligatorium de credito, et illud per iracundiam laceravit, aut igne cremauit, et quamuis per hoc crediti sui ius non amittatur, l. 1. C. de fid. instrum.

*instrum.* ex quo culpa sua perdidit probationem indubitatem sui documenti, et ideo isto casu, si probaret creditum vno teste, vel aliter semiplene, non defertur ei iuramentum necessarium. **BALD.** **SALICET.** **PAVL.** **CASTRENS.** in l. 1. C. de fid. *Instrum.* & amiss. eor. **ALEX.** **TRENTACINQ.** c. l. Dissentit **IVL.** **PACIVS** ad d. l. 1. C. eod. n. 14. in fin. Quod procedit, quando instrumentum est de natura et de essentia debiti contracti in scriptis. **IASON.** in lib. 31. ff. de iureiur. vel quando per statutum aut consuetudinem loci requiratur instrumentum publicum. **GEORG.** **FRANTZK** lib. 2. variar. resol. 14. n. 10. seqq. At secus est, si instrumentum non est de substantia et natura debiti, sed voluntarie confectum, prout est regulariter. l. 17. C. de pacf. consent. **GLOSSA**, nam tunc si quis lacerat per iracundiam documentum originale, non per hoc grauatur pleniori probatione, sed sufficit semiplena probatio, cum eius iureiurando. **SALIC.** in d. l. 1. Deinde aliter seferes habet, si debitoris facto & culpa instrumentum perit, v. g. Si **DEBITOR** contra quem producitur documentum, illud creditori surripuit, tunc enim praesumtio nascitur contra debitorem surripientem, tenorem instrumenti talem fuisse, qualem actor asserit, quia nemo sine emolumento ad maleficium accedere solet; **M. TVLL.** **CICERO** in *Orat. pro Roscio. Amerin.* §. 48. Vnde nisi tenor aduersus surripientem fuisset, sine dubio non surripuisset, quae praesumtio adeo efficax est, ut non opus sit praeterea actoris iuramento in supplementum ad probandum instrumenti amissi tenorem. Si modo constet ac probetur debitorem surripuisse, & sic sola amissionis aut peremptionis qualitas probanda venit. **BALD.** **PAVL.**

G 2

CASTRENS.

CASTRENS. in l. 20. C. de probat. IOH. SICHARD. ad d.  
l. i. C. de fid. instrum. & amiss. eor. n. 4. Dissent. PARIS  
DE PVTEO Tr. de Extens. & reassumt. instrum. quaeſt. 20.  
n. 32. Ipsum autem ſurripiēntem in petitorio contrari-  
um, tēnorem ſcīlicet alium fuſſe, quam alter aſſeruit,  
probare poſſe prolixe deducit IVL. PACIUS a BERIGA  
in l. 15. C. de Probat. n. II. & in d. l. 20. C. eod. n. 10.  
FRANTZK. c. l. n. 6. Iam vero, quid in d. l. 20. dicitur  
de instrumento ſurrepto, rēcte Interpp. ad alios ſimiles  
casus producunt, quia eadem eſt ratio: Veluti ſi debitor  
lacerauerit chirographum, vt SALICETVS ait, Regii  
contigifſe; Cum enim Plebeius contra Nobilem produ-  
ceret instrumentum obligationis coram iudice; Nobilis  
acceptum instrumentum in minimas partes lacerauit,  
ergo huiuscemodi factum debitoris inducit contra eum  
praeſumptionem, quae liberat creditorem ab onere pro-  
bandi. IVL. PACIUS a BERIGA. in l. i. C. de fide in-  
ſtrum. & amiffion. eor. n. 6. Et hoc in odium dilaceran-  
tis et propter praeſumptionem contra eundem. SI-  
CHARD. ad d. l. i. C. n. 4. Add. CARD. TVSCH. ſequen-  
tem casum ſubministrans: Ego habui de facto Bononiae,  
dum eſsem ibi auditor generalis, et poſtea Vice-Legatus,  
quod propter cassationis incertitudinem, vt quia credi-  
tur in domo debitoris, dicebat ipsum debitorem lacer-  
ſe chirographum, et ſibi complicatum reddidiffe, ne po-  
ſet cognoscere, ſed detecta laceratione conquerebatur;  
Ex aduerso debitor dicebat ſoluſſe, et consenſu fuſſe  
laceratum: quia ſuſpicabar de debitore, quia pauper  
erat, nec docebat, vnde pecunias habuiffet, ideo remi-  
ſi ad iudicem criminalem, et ibi repertum fuit ex dolo  
debitoris fuſſe laceratum; ideo illum condemnaui ciui-  
liter

liter ad soluendum, stante causa doli & falsitatis in suspensiō. *Conclus. pract. 22. n. 2. seq. lit. C.* Quod si documentum originale tertius dolo surripuit, tunc etiam solus casus amissionis nempe furtum probandum erit per capitalem textum. *d. l. 20. Cod. de probat. add. proxime allegat. PACIVS d. loco.*

### §. IX.

Porro etiam manifestae probationis iniunctio non excludit probationem amissionis, quae fit per indicia et euidentes praesumptiones, iuxta communem sententiam, de qua testatur, eamqie sequitur **HUND ED.** Vol. 2. *Confil. 90. n. 29. add. l. II. C. de fide Instrum. et amiss. eor.* Talem praesumptionem inducunt Scripturae priuatae v. g. Libri Rationum Monasterii vel Ecclesiae, quae sufficit postea ad suppletorium iuramentum. **IOH. PETR. SVRD.** Vol. 2. *Confil. 245. n. 19. FRANTZK. d. l. scil. eo in casu, vbi de tenore Documenti amissi constat, et eius amissio duntaxat probanda venit.* Sicuti etiam Facult. Iurid. Lipsiens. Mense Sept. Anno 1650. respondit:

P. P. Seynd bey der Plünderung und Einässcherung  
der Stadt Magdeburg eure Stifts-Originalia  
und Documenta bis auf eure Kirchen- Fabricen  
und Cellarien- Register de Anno 1616. 1623. und  
1624. umb- und weggekommen, und wollen nun  
etliche von euren Schuldenern sich nicht eher zur  
Schuld und deren Bezahlung verstehen, es wer-  
den ihnen denn ihre obligationes originaliter vor-  
geleget, dahero ihr berichtet seyn wollet, ob nicht

die Schuldener und deren Erben nichts desto minder die Schulden an Capitalien und verseßenen Zinsen zu entrichten schuldig. Ob nun wohl ein ieder, der eine Schuld bey einem andern suchen und haben will, dieselbe auf verneinen entweder durch klare Briefe und Siegel, oder in andere Wege beständig, nicht aber durch priuat Scripturen, Rechnungen und Bücher darthun und beweisen muß, dennoch aber und dieweil von der Stifts-Kirchen kein Unrecht oder Betrug zu vermuthen, ingleichen die noch verhandene Fabriken- und Cellarien-Register nicht von den Stifts-Verwandten, sondern von andern darzu vereydeten Personen, die kein Interesse oder Verlust dabey zu gewarten gehabt, gehalten, geführet, und vom ganzen Capitul beliebet worden: So seynd die Schuldener, wosfern ihr entweder durch einen Zeugen, daß sie die Zinsen entrichtet, die Register bestärcket, oder daß die *Obligationes* verloren, Wydlichen in *supplementum* erhalten, die Capitalia und Zinsen zu bezahlen pflichtig, und demnach an dero selben vorhandene Güter eich zu erholen wol befugt, V. R. W.

## §. X.

Amissione autem non probata ac iustificata, non creditur amissionem alleganti HONDED. Vol. 1. consil. 19. n. 19. nec condemnari debet ex ea conuentus; Nam condemnare ad debitum non probatum, esset contra ius Naturae vel Gentium, deradicare Iustitiam naturalem, vt ex ALEXAND. DE IMOLA Vol. 2. Consil. 2. n. 1. vers.

1. *vers.* et est ratio. refert et agnoscit, H. HAHN. in *obs.*  
*ad.* WESENB. c. l. n. 6. Quid faciendum in casu literarum cambialium in itinere amissarum, ostendit IOHANN. MARQVART. de *Iure Mercat.* lib. 31. cap. 9.  
 BERNH. GRAEV. 2. *obs. pract.* 37. in *fin.* add. VINCENT. DE FRANCH. *Decis.* Neapol. 498. FLAV. PACIAN. lib. 1. de *probat.* cap. 63. n. 139. Quod iuris quoque, si Inuentarium Haeredis amittatur, docet MONTICVL. in *Tract. Var. Autor.* de *Benefic.* *Inuentar.* qu. 233. n. 6. Et quando amissio Instrumenti Emphyteutici noceat, videatur GEORG. MVNDIVS p. 1. *Confil.* 13. n. 44. seqq. Quae omnia de Documentis priuatis accipienda sunt, adeoque sic regulariter publicis vix apte applicari, cum ex Actis publicis vel Protocollo Notarii, quae habent perpetuam et inconcussam firmitatem, l.f. C. de *Re Iud.* redintegrari soleant: Nisi in casu, quo acta publica vel protocollum ex hac vel illa Prouincia tempore belli occupata ad aliam transportata, vt pro perditis credantur, aut alio infortunio, puta naufragio, incendio amissa fuerint, H. HAHN. c. l. IAC. BORNIT. p. 1. lib. 5. de *Instrum.* cap. 4. Non nocet itaque talis Amissio Actorum seu Protocolli testamento coram iudice facto, nec donationi Mortis causa iudici insinuatae, etc. vel aliis actibus sive voluntariae, sive contentiosae Iurisdictionis, quae requirunt insinuationem apud acta l. II. C. de fide *Instrum.* et amiss. eor. quia etiam cum Scriptura est necessaria, sufficit eam vere factam fuisse; indeque nec nocet, quod perierit, si modo eius Tenor et Amissio per testes idoneos, qui rem gestam non ignorant, aut alias legitimas probationes d. l. II. aut iureiurando probetur; Et enim credimus qui iurat,

rat, se amisisse documentum originale. *l. pen. C. de fid.*  
*Instr. add. HVGO DONELL. ad d. l. II. n. 18. seqq.* Ob  
 actorum primae instantiae amissionem quid in Camera  
 Imperiali decerni soleat, videri potest ANDR. GAILI-  
 VS, *lib. I. obs. 134. n. 21.* IOACHIM. MYNSINGER, *I.*  
*obs. II.* Caeterum de turriente acta publica sciendum,  
 eum furti teneri. WVRMSER. *I. Obs. 25. n. 3.*

## §. XI.

Tandem quoque Absentia documentorum tam pu-  
 blicorum quam priuatorum, quae sunt difficillimae im-  
 petrationis, aut quae penitus ignoramus, vbi sint, aut  
 in quo aedium angulo quaeri debeant, ac ob id non in-  
 veniantur, die verlegt seyn, arg. *l. 3. §. 13. ff. de Acquir.*  
*vel amitt. possess.* ibique IACOB. CVIACIVS. aut cre-  
 dantur esse amissa, et adhuc in rerum natura existere,  
 nemini nocet, in re qualibet, modo id, de quo agitur, le-  
 gitimis ac supra allegatis modis probari possit, per *d.*  
*l. 1. et l. 4. C. de fide Instrum. et Amiss. eor.* tunc probatio  
 illa est sufficientissima, inque tantum valet, ac si docu-  
 mentum absens in originali produceretur, BARTOL. in  
*l. 5. C. eod.* LEONHARD. DVARD. *d. Tr. quaeſt. 15. n.*  
*12.* IOHANN. GOTTFRIED. FREYER. *Tr. de solut.*  
*cap. 8. n. 42.* IACOB. BORNIT. *part. I. de Instrum. lib. 5.*  
*cap. 4.* Sed de his pro temporis ac instituti mei ra-  
 tione sufficient. Sequitur nunc

CAP.

## CAPVT V.

DE

## FINE ET EFFECTV.

## Summaria.

## §. I.

**F**INIS Mortificationis est tota-  
lis extinctio amissi Documenti-  
ti, qua omnes ii, quorum interef-  
ita securi redduntur, ac si nun-  
quam obligati fuerint.

§. II. Mortificatio in scriptis  
fieri debet.

§. III. Mortificationes, quae  
apud acta vel coram iudice sunt.

§. IV. Requisita necessaria pri-  
vatae Mortificationis.

§. V. Mortificatio alia est ge-  
neralis, alia specialis.

§. VI. Chirographum Mortifi-  
catum pro capitali forte non etiam  
Mortificatum pro interesse cense-  
tur.

§. VII. EFFECTVS Instru-  
mentorum Mortificationis est pro-  
batio.

§. VIII. Priuata probant regu-  
lariter non pro, sed contra scri-  
bentem. Nisi scriptura documen-  
ti Mortific. in dubium vocetur,  
quod verificari debet.

## §. I.

**F**INIS mortificationis est ut omnia Documenta ab-  
sentia, siue amissa, siue impletatu difficultia sunt, ea  
lege penitus extinguantur, vt omnes ii, quorum in-  
tersit, siue Pacientes, siue Transigentes, siue Contra-  
hentes etc. a restitutione illius absensis, quod de iure  
alteri restitui debeant, liberentur, l. 2. C. de Condic. ex  
leg. l. 3. C. de Cond. indeb. l. fin. C. de solut. l. f. C. ad ex-  
hib. et ita securi reddantur, ac si nuncquam super ea re  
aliquid scriptum fuerit; quo modo a Potentissimis Pa-  
cientibus omnia hostilia ac iniuriosa Scripta tempore  
belli

H

belli ab vna vel altera parte exarata, mortificata sunt,  
 vti saepius alleg. INSTRVM. PACIS OSNABRUG.  
 CAESAR. et SVEC. §. II. in fine clare ostendit. Quam  
 liberatiohem et securitatem etiam placere video SE-  
 RENISS. ELECT. MÖGVNT. et ILLVSTRISS. DO-  
 MVS DVCAL. SAXON. in Transact. nuperrima Lipsiensi.  
 §. 8. his verbis: Die Pfand. Verschreibung neben der  
 Kaiserlichen Confirmation, wie auch Herzog Fried-  
 rich Wilhelms und Herzog Johannis Reuers, sollen  
 wieder zurück gegeben werden: So er aber sich nicht  
 findet, hiermit mortificaret seyn soll. Vnde etiam in  
 casu, quo Creditor absens Chirographum debitori sol-  
 venti restituere nequit, nulla securior datur via Cred-  
 itori, quam, vt prius mediante iureirando in ea for-  
 ma, quae in textu notabili *legis 21. vers. fin. Cod. de fid.*  
*Instrum.* traditur, quod scil. Chirographum non habeat,  
 nec alteri tradiderit, nec apud alium voluntate sua con-  
 stitutum sit, nec dolo malo fecerit, quo minus appa-  
 reat, sed reuera alium per Casum fortuitum absque  
 sua culpa deperditum et productio eius impossibilis sit,  
 non solum se liberet, sed etiam debitum accepto feren-  
 do, nec non Chirographum amissum mortificando facta  
 solutione debitorem securum reddat. Quernadimodum  
 illustrat ac corroborat ICTORVM CONSUMMATIS-  
 SIMORVM FACVLT. IVRID. LIPS. anno 1648. M. No-  
 vembr. ad Arium de Metellis Responsum, quod refert  
 HEINR. HAHN. in Obs. ad WES. π. de fid. Instrum. n. 6.  
 vbi inter alia circa finem:

So ist das Capitulum ad D. Pauli zu Nicaea entwe-  
 der die Haupt. Verschreibung in Originali ad Re-  
 cognosc-

cognoscendum euch vorzulegen oder aber daß selige nicht vorhanden, noch über allen angewandten Fleiß zu erlangen, beständig zu erveis- sen, und uff solchen letzten Fall einen Revers, daß, wenn dieselbe über kurz oder lang gefun- den würde, nun tod und nichtig seyn solle, auszuhändigen schuldig: Ehe und zuvor aber solches geschehen, könnt ihr die Zahlung an Ca- pital und Zinsen zu leisten nicht angehalten wer- den: Von Rechtswegen.

## §. II.

Ex hisce clare patescit ad probationem factae mor- tificationis requiri, vt ea per scripturam quae regulari- ter est voluntatis, interdum tamen necessitatis iuxta l. 18. ibi: *Non aliter debitum persoluant, nisi securitatem in scriptis capiant. C. de Testib. et d. l. 19. C. de fid. Instrum. et amiss. eor.* Sicut enim amissum Chirographum pro- bationis gratia scriptum et exhibitum, ita etiam secu- ritas mortificatoria confici debet, l. 17. C. eod. Hinc *Scriptura mortificationis* considerari potest tanquam Ad- iunctum, quae fieri debet vel per modum instrumenti publici, vel priuatae scripturae. *Publica Scriptura morti- ficationis,* quae a Principe siue Magistratu superiori con- ficitur (1) inscriptionem Nominis ac Titulum prin- cipis cum visitato hodie illo pio non minus ac honori- fico elogio: *DEI GRATIA NOS: Von Gottes Gnaden wir etc.* statim in frontispicio collocato, (2) facti ac mortificationis tenorem iuxta morem ac sty-

lum Curiae verbis perspicuis conscriptum, (3) Anni, Mensis, ac diei designationem, (4) subscriptionem, et denique maioris assencionis gratia, (5) sigilli principis impressionem et appensionem; Qua vel sola interdum pro consuetudine ac obseruantia Documentis literariis fides conciliari solet; Cum clausula: Dessen zu wahrer Uhrkund ist dieses mit unsern grössern oder kleinern Tanzlen · Statt · oder Gerichts · Siegel bekräftiget ic. Dessen zu Uhrkund haben wir unser Raths Insiegel angehängt und aufgedruckt.

## §. III.

Mortificationes autem quae apud Acta vel coram iudice frunt, quamvis nullam scrupulosam desiderare videantur solennitatem; per l. 30. de donat. Nihilominus tamen praeter haec enunciata amplius requirant nonnulli (1) vt parte adversa citata ac praesente, (2) coram Iudice ac assessoribus, (3) instantia alterius partis, vt appareat, cuius ad instantiam Actus mortificationis celebretur, (4) ab Actuario Iudicij omnia rite sint conscripta cum affignatione (5) anni, Mensis ac diei. cap. 1. X. de probat. Consent. IOACH. a BEVST. ad l. 31. ff. de iureiur. n. 18 DAVID. MEVIVS, pag. 6. decis. 194. De Notariorum solennitatibus nihil addam, sed me breuitatis studio ad Maximil. I. Imp. Constat. de anno 1512. von Notarien ic. et ad MEIERI C. I. ARG. de fid. Instrum. thes. 8. aliosque Dd. remittam, add. BEVST. d. l. num. 697.

## §. IV.

(1) *et in primis singulis aliis in aliis §. li. IVn. et in plurimis I. et q. i. illi  
et in aliis singulis aliis in aliis §. li. IVn. et in plurimis I. et q. i. illi  
et in aliis singulis aliis in aliis §. li. IVn. et in plurimis I. et q. i. illi  
et in aliis singulis aliis in aliis §. li. IVn. et in plurimis I. et q. i. illi*

*Priuata mortificationis scriptura consistere videtur in hisce subsequentibus necessariis Requisitis; (1) vt contineat nomen Creditoris ac debitoris, (2) amissionem fortuitam Chirographi, addito die et Consule, quo illud exhibitum, ne ob id, quod dies et consul fallat, nascatur occasio dubitandi, vtrum id documentum noviter repertum mortificatum fuerit? quia saepissime super vna re duo chirographa eiusdem argumenti consciuntur; (3) causam crediti liberandique, ob quam solutio facta est, l. 25. in fin. C. de donat. l. 25. §. fin. C. de probat. l. 13. C. de non numer. pecun. (4) Causam et modum mortificandi, alias enim securitas haec tanquam indeterminate ac indiscrete loquens, vtpote causa, ob quam huiusmodi Scriptura processerit, non expressa, nullius eset momenti c. 14. X. de fide Instr. nec probaret contra scribentem. ANDR. VALLENS. ad Decretal. de fid. Instrum. §. 2. in fin. JEAN DOMINIC. GAIT. de Credito. cap. 3. num. 461. add. SICHARD. ad l. 5. C. de probat. num. 6. (5) Ex accidenti clausulam indemnitas seu potius evictionis praestandae. (6) Designationem Anni, Mensis ac diei, (7) Creditoris subscriptionem nominis, suique sigilli impressionem; add supr. cap. 3. n. 50. et 63. seqq. HOEPPING. de iure sigill. cap. 15. num. 143. Si autem ob creditoris imperitiam literarum ab alio scribatur, subscribatur et subsignetur, tunc non probat nisi a Tribus Testibus subscripta et sigillata fuerit. l. 14. ff. de solut. RVTG. RYLAND. part. 2. de Commiss. lib. 5. cap. 12. num. 15. Hisce igitur rite obseruatis,*

stat pro Instrumento mortificationis praesumtio, (1) quod sit verum, (2) solenne, et (3) de voluntate partium scriptum et exhibitum, l. 18. C. de Contrab. stipular. Sed ne formula mihi deesse videatur, sequentem Scripturam, vulgo mortificatione Schein, hunc in modum addam:

Demnach Titius mir Endes unterschrieben, Vermöge der sub dato den 10. Martii anno 1636. über die ihm geliehene 3000. Rthlr. von sich gestellte Obligation, so bey Plündering der Stadt N. mir abhanden kommen, und ohne mein Wissen verloren worden, das Capital benebst dem aufgelauffenen Interesse mir heute dato in einer unzertrennten summa baar wider bezahlet, und ersezet: Als thue denselben und dessen Erben oder Erbnehmen cum renunciatione exceptionis non numeratae pecuniae beständiger massen hierüber nicht allein quittiren und loszehlen, sondern auch Kraft dieses besagte abwesende obligation bester Form Rechtfest mortificiren, dergestalt und also, daß usn Fall dieselbe sollte wieder gefunden werden, mit allen ihren Clausuln, und ganzen Inhalt von Wort zu Wort, nicht allein ipso iure null, ja ganz tod und kraftlos seyn, auch wieder das zur Hypothec würklich verschriebene Wohnhaus am M. in Ewigkeit nichts gelten, sondern vielmehr wohrmelten Herren debitori oder dessen Erben zu treuen Händen ohne Entgeld eingeliefert, und gegen männlichen Anspruchs halber in allen schadlos gehal-

gehalten werden soll, alles sonder Gefahr! Deszen zu wahrer Uhrkund und mehrer Versicherung habe diesen Quittungs- und Mortification-Schein zu einem Beleg unter meiner eigenen Hand und gewöhnlichen Petschaft wissentlich ausgestellet: So geschehen N. N. den Maii, Anno N. N.  
(E.S.)

N. N.

Si quis eiusmodi formulas plures legendi auidus sit,  
adeat D.N. Spahten, Sefretariat, Kunst part. 3. cap.  
23, num. 15. & part. 4. 1891. quae tamen ab omni parte  
non sunt beatae.

§. V.

Mortificatio diuiditur ex mente Dd. in generalem  
et specialem: H AEC ad documentum absens in specie  
refertur, et eius liberationem solum operatur. ILLA  
vero propter generalitatem suam omnia complecti vide-  
tur, adeo ut tali mortificatione generali omnia liberata  
ac secura praesumatur, quae alias in controuersiam in-  
ter contrahentes venire poterat ac si nunquam obligatio  
facta fuisset, vid. Num. II. Instrum. pac. Osnabrug. & l.  
28. de donat. Mort. caus. THOM. GRAMMAT. Decis. 66.  
n. 61. CACHERAN. decis. 58. num. 10. praeſertim si dictio-  
nes: quomodocunque, qualitercunque &c. adiectae fuerint,  
ut pote omnia comprehendentes. IOHAN. PET. SVR-  
DVS. lib. 1. Decis. 217. num. 14. Semper tamen istae re-  
stringendae sunt, ut ciuilem et iustum recipient intelle-  
ctum.

Etum. arg. l. i. ff. de eo quod cert. loc. Quae autem amplissimis verbis concepta, non comprehendit ignorata, et de quibus cogitatum fuisse non appetet; ut videre est in l. 47. §. 1. ff. de pac*t*. vbi quidam rationem implicitam cum mensulario sive campsole habebat, cum eo data et accepta penitus extinxit; Cautique ei mensularius, se manere debitorem in centum, adiiciens si ab altero quam cautionem haberet, cuiuscunque summae aut causee esset, eam pro cassata ac mortua haberi. Cum autem item mensulario mandasset 300. patrono danda. Mensularius Quaerebat: *An ex hoc chirographum mortificatum seu casum foret?* Scaeuela respondit: Tantum de dispuñtarum & extinctarum rationum instrumentis verba accipi debere. conf. DIODOR. TVLDEN. part. 2. Iurisprud. Extempor. cap. 19. pag. 150. add. l. 84. §. 7. ff. de legat. I. NICOL. REVSNER. Vol. 2. Consil. II. num. 38. Notabile h. l. erit, in mortificationibus generalibus semper habendam esse diligentem personarum rationem, scil. absoluientis & liberantis, absoluti & liberi, et considerari debere per iudicem eorum simplicitatem, inscitiam et inertem bonitatem, et e contra ipsorum versutiam et fraudandi vasfritiem. vid. MVNNOZ DE ESCOBAR. Tra&t. de Ratiocin. Administr. cap. 41. num. 36. ALVAR. VALASC. tom. 1. Decis. 39. ANTON. THESSAVRVS. decis. 74.

## §. VI

Saepissime accidit, vt creditor in genere chirographum pro capitali vel forte mortificet, nulla facta mentione interesse conuenti, Quaer. *An chirographum mortifica-*

*ficatum pro Capitali, etiam censeatur Mortificatum pro interesse?* Negatur posterius, quia (1) mortificatio can-tat solummodo de Capitali, quod autem instrumentum non dicit, nec nos dicere debemus, (2) capitalis re-ceptio nequaquam praeiudicat petitioni interesse con-uenienti, et in chirographo promissi, quia praeiudicium oritur respectu interesse officio iudicis, & necessitate iuris debiti, non autem respectu interesse iure actionis & obligationis debiti, vt SVRDVS de Aliment. Tit. 1. quaest. 43. STEPHAN. GRATIAN. *Discept. forens. Tom. 4. cap. 33. num. 13.* Secus tamen, quando creditor mor-tificans chirographum recipiendo sortem, simpliciter mortificauit non habito respectu ad capitalem sortem tantum receptam, sed simpliciter & in genere morti-ficauit, tunc si diu steterit, ad conuentum interesse pe-tendum praesumitur illud (1) remissum aut solutum per receptionem sortis principalis ex diuturnitate temporis, vti MATTH. DE AFFLICT. *decis. 13. num. 21. IACOB. MENOCH. lib. 3. praesumt. 131. num. 3. seqq.* Quodque eo magis, quando cum diuturnitate temporis concurrit silentium & patientia: CAEPhAL. *confil. 40. num. 9. 10-SEPH. MASCARD. Conclus. 1325. num. 27.* (2) Praesum-i-tur solutum interesse per mortificationem chirographi, quod in totum non autem in partem mortificatum diiu-dicatur, dum simpliciter sine protestatione fuit morti-ficatum, quia instrumenti mortificatio de omnibus con-tentis in instrumento vim solutionis habebit. STE-PHAN. GRATIAN. *c. 563. n. 18. seq.*

## §. VII.

Perlustrato FINE restat nunc, vt breuiter mortificationis effectum euoluam. Sicut alias propria confessio optima est probatio, ita etiam instrumenta mortificationis omnes, quorum interest, praesertim debitores non solum securos ac tutos reddunt, ac si nunquam obligati fuissent, sed etiam probant solutionem creditoris factam esse, quae perimit obligationem ipso iure. IVLIVS PACIVS a BERIGA ad l. 18. C. de Testib. n. 68. Cum autem illa sunt vel publica, vel priuata, eorum vis probandi etiam diuersa est. PVBLICA eundem ratione probationis pariunt effectum, quam reliqua instrumenta publica, vim scil. ac fidem publicam, probationem probatam, l. 31. C. de Donat. perpetuam ac inconcussam firmitatem l. 30. Cod. eod. IOH. BAPTIST. ASINIUS. Tr. de Execut. §. 1. c. 29. n. 1. non egent testibus, l. 19. C. de Testam. nec iisdem infirmari possunt, sed semper presumptionem veritatis inducunt, l. 10. ff. de probat. quando scil. producuntur in originali, praeprimis in termino productionis, vid. I CTi Consummatisimi DN. IOH. GEORG. NICOLAI proceſſ. Iudic. p. 1. cap. 52. exempla enim seu transsumta nihil probant, l. 2. C. de fid. Inſtr. c. 1. X. eod. licet a notario sunt vidimata, tunc etiam semiplenam tantum faciunt probationem, & datur locus iuramento suppletorio. COVARRVV. præſt. quæſt. 21. n. 4. ſicque pronunciatum teſtatur MATTH. BERLICH. part. 1. Decis. 100. n. 5. Quod ſi tamen exemplum schedulae mortificationis autoritate iudicis ſit deſcriptum, eandem vim probandi cum originali habet,

IOACH.

IOACH. MYNSING. lib. 6. obs. 71. n. 13. seqq. vbi late  
de requisitis vt exemplum plene probet.

## §. VIII.

PRIVATA instrumenta mortificationis probant regulariter non pro, sed contra scribentem. l. 5. & seqq. C. de probat. et ex iis scribens, nisi contrarium probari possit, condemnatur, cum iudex autem non certo scire semper possit, an scriptura sit illius, cum quo lis est, nisi vel literas ipsius norit, vel ipse se scribentem esse fateatur, l. 25. & fin. C. de probat. ibique GLOSS. Saepe que etiam accedit, vt quis manum suam propriam do-  
lo malo neget, putans se hoc modo ab obligatione iri liberatum, ideo necesse est, vt scripturae mortificationis verificatio ac probatio fiat, & quidem I. vel per LEGI-  
TIMAM RECOGNITIONEM, proxime citatus DN.  
NICOLAI d. l. c. 53. Quemadmodum enim chirogra-  
phum nihil operatur, nisi debitor illud recognoscatur,  
sic ex identitate rationis debitor mortificationem pro-  
bare nequit, nisi creditor eum recognouerit. AYMON  
CRAVETT. Vol. I. Conf. 73. n. 15. MATTH. COLER. p.  
4. de process. Execution. cap. I. num 124. facta autem reco-  
gnitione, mortificationis documentum contra scriben-  
tem plene probat. vid. DN. STRVV. magnum huius Sa-  
lanae Decus, in Syntagma. Iur. Ciu. Exerc. 28. tb. 24. vel II.  
per COMPARATIONEM LITERARVM, l. 20. C. de fide  
Instrum. & amiss. eor. quando scil. literae vel instrumen-  
tum mortificationis ab eodem scriptum proferuntur, &  
cum illis, de quibus dubitatur, comparantur. Quo-

niam vero manus alienas quandoque imitari non adeo difficile est, vt propterea **VALLENS.** ad ff. de probat. de praesumt. §. 4. n. 4. hanc comparationem inter probationes sufficientes et semiplenas retulerit. Fieri debet Comparatio illa (1) a viris in collationis genere probatis & in arte scribendi peritis **IOHANN. LAVENT. ZVBROD.** *Tract. de Comparat. Litterar. cap. th. 9. seqq.* (2) Ex aliis instrumentis indubitatis. **BRVNNEMAN.** ad d. l. 20. C. de fid. instrum. Qualia instrumenta sunt quae trium testium subscriptione vel sigillatione sunt munita d. l. 20. & quae ex archiuis publicis sunt producta. **ZVBROD. c. l. cap. 5. n. 5.** Ex ea vero scriptura, quam quis in iudicio iudicis iussu scripsit non fieri Comparationem, putat **BART.** ad l. 20. Sed **BALDV** contrarium statuit, eumque etiam omnes fere Glossatores sequuntur, vid. **IOH. SICHARD.** ad cit. l. 20. C. de fid. Instr. n. 7. **SALICETVS BARTOLVM** defendens dicit: Lecturam **BARTOLI** a Sciolo quodam esse corruptam; (3) Priusquam autem comparaturi ad comparationem schedulæ mortificationis admittantur, debent iurare, quod neque lucri causa, neque ex inimicitia, neque gratia hoc faciunt, d. l. 20. **ZVBROD.** d. l. cap. 3. §. 3. & §. 11. & quod alias probationes non habeant; vti colligitur ex *Nouell. 73. c. 7.* Sed hoc iuramentum non sufficit, est enim saltem iuramentum Calumniae, quod hoc in casu nihil probat, vnde necesse est, vt etiam tam comparans quam scribens, vel is, cuius scriptura comparatur, iuret. **SICHARD.** d. l. n. 4. seq. **ZVBROD.** d. tr. cap. 4. §. 2. Et tunc sola comparatio plenam fidem facit contra negantem, si nimirum inueniatur concordans literarum

&amp;

& sigillarum similitudo per omnia. CARPZ. p. 1. *Const.*  
*17. def. 15. n. 4.* Denique fit probatio scripturae mortifi-  
cationis III. per TESTES, qui scriptio[n]i adfuerunt.  
CARPZOV. p. 1. *Const.* 27. *def. 14.* qui non tantum depo-  
nunt, quod viderunt alterum scribere, sed quod con-  
tentia sint eadem, quae scriptura illa, cuius scriptio[n]i se  
interfuisse mediante iuramento testantur, comprehendend-  
rint. *l. 9. C. de Testib. VDALRICVS ZASIVS l. c. Consil. 5.*  
*n. 25. in fin. conf. supra cap. 4. n. 92. seqq.* Porro Effectus  
mortificationis documenti in eo consistit, ut debitor il-  
lud producens executionem impedire, imo totam obli-  
gationem extinguere possit ope exceptionis solutionis.  
MATTH. COLER. part. de process. execut. cap. 1. num. 120.  
IASON. in *l. 8. ff. de V. O. IOAN. PET. SVRD. Vo-*  
*lum. 1. Cons. 145. n. 26. in fin.* Nam qui instrumentum  
mortificationis ostendit, praesumitur soluisse, arg. *l. 24.*  
*ff. de probat.* & illud debitum praecessisse, FRANCISC.  
VIV. lib. 1. *decis. 45. PETR. GEORG. THOLOSAN. lib.*  
*48. Syntagm. Iur. Vniuers. cap. 14. n. 19.* Et tandem, quod  
secundum naturam negotii, de quo factum sit, illud  
opponi possit. Quod instrumentum non cantat, nec  
nos cantare debemus. REINHARD. BACHOV. *ad Treu-*  
*ller. Vol. 2. disp. V. lit. G. & H.*

## CONTRARIIS ET AFFINIBVS.

## SECTIO I.

## CONTRARIIS.

## Summaria.

§. I.

**C**ontraria videntur I. EXCEPTIO  
ILLEGITIMATIONIS.

II. EXCEPTIO  
FALSI.

III. Q. An vicus falso mor-  
tis. eadem poena puniendus ac fal-  
sum consciens.

IV. III. EXC. COR-  
RVPTIONIS AC MVTI-  
LATIONIS.

§. V. IV. EXCEPTIO  
SIMULATIONIS, quando  
quis dicit aliud actum esse, aliud  
simulatum.

§. VI. V. REVIVISCEN-  
TIA seu RESUSCITATIO  
DOCUMENTI AMISSI.

§. VII. Q. Annon chirogra-  
phum nouiter repertum reuiniscat,  
etiam si debitor mortificatiinis  
amissionem alleget?

§. I.

**C**ontraria MORTIFICATIONIS documento-  
rum quod attinet, inter alia praeprimis obtinet  
(1) EXCEPTIO, quod is instrumentum mor-  
tificationis fecit, qui non potuit facere, veluti procur-  
ator absque mandato. Item, si constat, creditorem  
chiro-

chirographum in furore, in summa ebrietate, vel in infantia mortificasse, vel alii, a quorum arbitrio mortificatio non dependet arg. l. 1. pr. vers. id vero, quod non iussu domini. ff. de his qui testam. delent. IOHAN. BAPTISTA. ASIN. Tract. de execut. §. 1. cap. 39. n. 6. de quibus supra c. 3. num. 39. seqq. adeo ut huiusmodi mortificatio a tertio vel alia inhabili persona facta, nec probet, nec securum reddit, nec paratam executionem, quam alias instrumentum formale meretur, impedit. Vti GARSIAS MARSTRILLVS lib. 1. Decis. 47. num. 8. ita iudicatum esse refert, quod etiam repetit Decis. 72. num. 7. Nam in hoc passu semper consideratur coniectura, quando creditor ipse est persona minus circumspecta vel ob mentis leuitatem, vel ob aetatem teneram: Et tunc suo arbitrio iudex potest iudicare, an mortificatio facta fuerit, causa liberandi debitorem, vel potius, quia ignorabat, quid ageret. vid. MENOCH. de praesumt. 141. n. 6.

## §. II.

II. EXCEPTIO FALSITATIS, l. 42. C. de transact. l. 4. C. de iur. et fact. Ignor. quando nimis in eo non essent solennitates ac requisita substantialia obseruata, et sic illud debita forma destitutum, §. 8. quib. mod. testam. infirm. iunct. arg. l. 9. §. 3. in fin. ad exhib. Hinc quodvis instrumentum publicum ex clausulis contra stylum et morem curiae emissum, falsi suspicionem haud effugit. arg. cap. 5. vers. eos eriam X. de Crimin. fals. RVTG. RVLAND. lib. 5. de commiss. cap. 8. cum paria sint in iure instrumentum aliquod esse falsum

sum, et non esse solenne. arg. l. 29. in fin. C. de Testam.  
l. fin. C. de fals add. LANFR. pract. iud. cap. 9 (2) Op-  
ponitur haec Exceptio, si quis mortificationem omnino  
dicit falsam, eamque nec a se, nec suo mandato scri-  
ptam; idque insimul probet vel PER TESTES, vel  
per alia atque CONTRARIA DOCUMENTA.  
l. 14. C. de fid. instrum. c. 10. X. eod. Si Testes docu-  
mento mortificationis contradicant, sunt illi vel ex in-  
scriptis seu instrumentariis, vel non, seu extranei, priori  
casu subdistingue, vel enim ipsi testes documento mor-  
tificationis subscripterunt, aut non, sed eorum tantum  
in illo mentio fit, quo casu aut omnes contradicant  
mortificationi, ad quam propter fidem adhibiti, dum  
scil. se interfuisse, aut rem ita gestam esse negant, tunc  
documentum mortificationis dubio procul nullam facit  
probationem, et testes scripturae preferuntur. Nouell.  
73. cap. 3. cap. 5. X. de probat. Cum Totius mortifi-  
cationis fides hoc casu magis ab autoritate testimoni,  
quam nudo scripto dependeat. l. un. §. 2. C. de Latin.  
Lib. toll. MYNSING. lib. 4. obs. 39. CONTRARIE-  
TAS vero deprehenditur, vel in eodem documento  
mortificationis, plures clausulas et inter se pugnantes  
continente, tunc quamvis toti documento fides non  
derogetur, neutra tamen ex scripturis contrariis valet,  
nihilque probatur, arg. l. 14. C. de fid. instr. et l. 118. pr.  
de R. Iur. vel. in diuersis documentis mortificationis,  
tunc regulariter scripturis priuatis per publicas deroga-  
gatur, l. 10. ff. de probat. et quidem quando in alia do-  
lus et delictum, quod scribendo committitur, probatur,  
Exemplum vid supra cap. 3. num. 29. Et sic veritas pro-  
bari

bari potest contra scripturae tenorem per aliam scripturam huic contrariam. *l. 13. C. de non numer. pecun.*  
*(3) Opponitur*, si vel in toto documento mortificationis vel saltem in eius parte substantiali rasura, vel id, quod prius scriptum erat abradendo quid correendum et aliud in vicem eius surrogatum appareat, **FRANCISC.**  
**DVAREN.** ad *l. 1. pr. ff. de his que in testam. delent.* quod deinde communi legum calculo tanquam falsum reicitur, *cap. 3. X. de fid. instrum. cap. 1. X. de crim. fals.* **SICHARD.** ad *l. fin. C. de Edend. div. Adrian. Toll. num. 19.*

§. III.

Quaeri h. l. potest; *An non vtens falso mortificatio-*  
*nis eadem poena puniendus, quam falsum conficiens?* Affir-  
matiuam defendit *l. 31. ff. de L. Corn. de fals.* verum ne-  
gatiua verior videtur, quia (1) in faciente est dolus ma-  
nifestus, qui vero vtitur, plerumque per errorem vsus  
est, d. *l. 31.* (2) in faciente delictum est consumma-  
tum, tunc poenam propter consummationem euitare ne-  
quit, qui vero tantummodo vtitur, potest desistere, cui-  
tabit poenam, quia delictum nondum est consumma-  
tum. Quando autem non constat, an aliquis sciat se  
vti falso, tunc in dubio magis debet praesumi error,  
quam Malitia, quia error non facit delictum. *l. 4. ff. de*  
*Obl. et Act.* Nisi iudex ex coniecturis intelligat aliquem  
sciuisse falsum, nihilo tamen minus eo vti voluisse; tunc  
pro re nata eum grauius, vel mitius punire potest. vid.  
**CARPZOV.** *pr. Crim. quaest. 93. num. 16. seqq. ILLVSTR.*

K STRVV.

STRVV. *Synt. I. Civ. Exerc. 28. thes. 31.* sic ICtos Iehenes Rustico Cunizensi, qui summam maiorem pro minori in documento supposuerat, poenam Relegationis dictasse refert Magnif. DN. BECHMANN. *in comment. theor. præf. ad ff. Volum. 2. part. 2. Exerc. 10. num. 79.* Sed Quaestionis hic loci est, *Verum Furiosus*, si ante furorem aut tempore intermissionis falsificando Mortificationem deliquerit, superueniente furore poenae saltem extraordinariae subiici possit? Affirmat WILHELM. LUDWELL. *Exercit. 18. thes. 5. lit. D.* Dissentit Illustr. DN. PRAESES. *cit. loc. Exerc. 48. thes. 10.* cuius sententiam tanquam humaniorem propter *I. 8. C. de iudic. defendantam*, licet affirmatiua iuxta rigorem iuris verior videatur.

## §. IV.

III. EXCEPTIO CORRUPTIONIS AC MVTILATIONIS, 1. quando Documentum mortificationis muribus corrosum est, ita, vt legi nequeat, quid contentum fuerit in parte corrosa. *L. 4. §. 1. et l. 16. de. L. Corn. de fals.* 2. Quando Sigillum illi appositum corruptum aut reuulsum fuerit, in quantum scil. literae vel insignia dignosci nequeunt. *cap. 6. X. de fid. instrum.* 3. Quando valde varians ac omnino diuersa appareat ductio in scriptura mortificationis, quasi dupli manu foret conscriptum, ab uno nimirum inceptum, ab alio finitum. 4. Quando antiqua Scriptura in Charta noua est scripta; vel quando Charta fumo est infecta vt appareat antiqua, vel quando arenulae in ea iacentes contrarium attestantur, *d. c. 6. X. de fid. instr. 5.*

Quan-

Quando folia addita et de nouo consulta fuerint, ita ut foramina inueniantur vacua in cooperta, quod sane signum videtur, fila exinde extracta fuisse, *cap. 5. X. de Crim. falsi.*

## §. V.

IV. EXCEPTIO SIMULATIONIS, quando quis asserit mortificationem simulate factum esse ob causam non veram, et aliud esse actum, aliud simulate conceptum, praeprius scil. si Instrumentum mortificationis exhibitum nullam certam liberandi, vel mortificandi causam (vid. supr. *cap. 5. n. 13.*) contineat; e. g. in casu, quo Meuius obaeratus metu instantium Creditorum, siveque ob imminens periculum arresti bonorum ac Nominum suorum Titio debitori suo colludenti non Apocham, sed mortificationis schedulam de simulata Chirographi amissione exhibet; Verum simulatione haec in fraudem Creditorum facta, probata regulariter non valet, sed semper veritas praefertur simulatione scripturae. *I. i. l. 4. C. plus val. quod agit. quam quod simul.* Et haec Exceptio est perpetua, quibusunque etiam casibus competuit; vid. MARANTA. *part. 6. Spec. aur. membr. 9. n. 32. seqq. IVL. PACIVS ad d. l. 1. n. 20. Consent. SICHARDVS ad l. 4. C. de Dot. promiss. n. 10.* qui hanc materiam satis perspicue proponit. Quid autem proprius est instrumentum simulatum, accurate explicat BALDV ad *Tit. plus val. quod ag. quam quod simul. concip.* et plaustra eiusmodi praesumptionum, ex quibus contractus simulatus praesumitur, congeffit, 10-

SEPH. MASCARD. *Conclus. 440. seqq.* add. IACOB. MENNOCH. lib. 3. *praesumt. 122.* quas etiam Index ex clausulis simulatis literis adiectis, pactisque insolitis pro personarum, rerum, causarum et temporum varietate, facile coniicere ac detegere potest.

## §. VI.

V. Contrariari videtur mortificatione REVIVISCENTIA seu RESVSCITATIO AMISSI DOCUMENTI. Resuscitantur enim amissa et quasi mortua iura, obligationes et actiones per Restitutionem in integrum, per remedium nullitatis, vel per alia iudicia rescissoria iis, qui vel dolo aduersari, aut aeratis lapsu vel absentia, vel iusto errore aut alia de causa, quae excusationem meretur, laesi sunt. v. g. quando ex errore Chirographum absens pro Capitali CC. mortificata fuit, cum ex amissio deinde nouiter reperto Chirographo CCC. apparent. c. 1. de Restit. in Integr. in 6. add. Almae huius Salanae ILLVSTR. DN. ORDINAR. Synt. Iur. Civ. Exercit. 8. tb. 3. n. 3. CASPAR. MANZ. Traſf. de Restit. in integr. Tit. 1. n. 33. Hinc, si Chirographum amissum nouiter reperiatur et producatur.

## §. VII.

Q. An non illud reuiniscat, etiamsi debitor mortificationis instrumenti amissionem alleget? Affirm. secundum rigorem iuris, quia si mortificationem allegans illud producere nequeat, omnino in foro secundum Documentum

tum obligationis nouiter repertum, cui omnino tamdiu standum, pronunciabitur, Nisi praestet duplicem probationem; primo Casus fortuiti, puta inundationis, incursum hostium, incendii, etc. quo debitor afferit mortificationis scripturam periisse, ad quam probationem sufficiunt duo testes, l. 12. ff. de testib. et deinde probacionem solutionis. Cui sententiae Contrariari videntur hic Dd. dum dicunt, hoc casu testes non probare, nisi deponant de Scripturae amissae tenore; quia fieri potest, ut non Instrumentum mortificationis, sed aliud quoddam Documentum incendio consumptum sit, mortificatio autem nulla fuerit, ut igitur haec probatio admittatur, testes scire debent tenorem, et eam fuisse mortificationem, proinde scire debent tenorem eius scripturae, et de eo deponere; Respondeatur in d. l. 18. non requiri probationem amissionis scripturae mortificationis, sed probationem casus, quo fieri potuit, ut illa sit amissa; Tantum igitur abest, ut testes debeant scire tenorem, ut ne quidem necesse sit eos scire mortificationem fuisse scriptam, aut scripturam illam intercessisse; quae sententia confirmatur ex verbis legis; Nam Imperator ait: *Causam peremptionis probandam: quibus verbis non iubet probari peremptionem Documenti mortificationis, sed causam peremptionis, ut inundationem, incendium etc. Confirmatur etiam ratio, quia praeter hanc probationem requirit etiam probationem solutionis, quae probatio similiter fieri poterit per duos testes, cum certus numerus non prescribatur: IOSEPH. MASCARD. de probat. Conclus. 1518. n. 15. LEONHARD. DVARD. in Resolut. de Censib. §. 3. quaeſt. 24. n. 100. Ergo*

K 3

illi

illi ipsi testes, qui probarent amissionem mortificationis documenti, cum de eius tenore deponerent, simul probarent factam solutionem, nec esset opus alia probatione solutionis: quia tenor mortificationis Instrumenti simul quoque continet, solutionem factam esse; Sed quia IMPERATOR admodum difficile esse probare, illud esse peremptum, intellexit, raro enim continget, ut testes qui casui interfuerunt, vt incendio, et ipsam mortificationem antea legerint, et eam incendio absumi viderint, atque illam ipsam esse quae consumebatur cognoverint: Idcirco contentus est probatione illius casus, vt cesseflet necessitas supra requisita, et sufficiat qualiscunque probatio solutionis: add. IVL. PACIVS A BERIGA ad l. 21. C. de fide Instrum. n. 10. Dissentit IOH. GOTTFR. FREYER. c. l. cap. II. n. 58. quae cum ita sint probata, ad ius semel extinctum non datur regressus, nec documentum semel mortificatum reuiuiscere potest, contra naturam enim est, vt semel mortuum resuscitetur, vid. B. CHRIST. PHILIPP. RICHTER. ad l. 25. C. de paff. Sed si instrumentis causae amissis iureiurando res fuit decisa, ac postea reperta et nouiter producta fuerint, quid iuris sit: vid. l. 31. et ibi Dd. ff. de Iureiur. SETZER. lib. 4. de Iuvenient. cap. 17. n. 9. seqq. Magnif. DN. NICOLAI lib. 1. Process. Iudic. cap. 45. n. n. 3.

## SECTIO II.

## DE AFFINIBVS.

AFFINIA mortificat. sunt mentorum.  
A DILACERATIO, SCIS. §. II. Scissura seu dilaceratio  
par-

*partialis* alia est *substantialis*, alia  
*accidentalis*?

§. III. Si *accidentalis*, redditur  
quidem *suspēctū*, non in totum,  
sed in tantum.

§. IV. *Chiographi dilaceratio*  
an facta sit a *creditorē*, vel *debi-*  
*tore*, an vero a *tertio*.

§. V. *Combustio documentorum*  
omnibus hisce tractatis applicari  
potest.

§. VI. D. MARTIN. LV-

THERVS ipse corpus canonici-  
cum Vulcano tradidit. Scripto-  
rum haereticorum librorum scil.  
magnorum & fascinantium ac pas-  
quillorum combustio in legibus fun-  
data est.

§. VII. Pasquilli a carnifice  
publicis flammis extinguntur.

§. VIII. Coronidis loco mortifi-  
catione nostra dictum PAVLI  
Coloss. 2, vers. 14. applicatur.

§. I.

AFFINITATEM quandam cum mortificatione  
habere videntur DILACERATIO, SCISSIONE,  
& COMBUSTIO documentorum, quatenus scil.  
voluntatis nostrae extinguendi scripturas in documentis  
contentas signa sunt, adeo ut ea, quae ante placuerunt,  
iterum dilaceremus, scindamus, vel comburi curemus;  
Nec leges in tali casu refragari videntur, sed potius,  
quia voluntas hominis ambulatoria est, vsque ad supremum  
vitae exitum, lib. 32. §. 3. ff. de donat. inier Vir. &  
Vxor. l. 4. ff. de adim. & transfer. legat. voluntati hominis  
subuenire voluere, & permittere, vt quisque voluntate  
suam mutatam iterum patefacere, & scripturam ante-  
rioram approbatam, per posteriores cogitationes, quae ple-  
rumque prioribus meliores, improbare possit; Qualem-  
cunque ergo scripturam dilacerando vel scindendo extin-  
guimus, eam vel totam suspectam hoc ipso, vel prorsus  
quoque inualidam efficimus, SIVE sit facilioris proba-  
tionis

tionis gratia confecta; SIVE validitatis actum causa adhibita, vt in testamento, litterarum obligatione &c. l. 21. C. de Testam. pr. Inst. de Liter. Obl. Per se autem nuda documenti originalis dilaceratio & scissio nihil operatur, sed vim suam accipit a voluntate dilacerantium & inducentium. arg. l. 1. ff. de his quae in testam. del. alias sequeretur, quod vbiunque scissura vel dilaceratio appareret in documento scripto, siue illa consulto, siue in consulto facta, h. e. deliberato animo & consilio, vel non, facta sit, illam esse extinctam, contra l. 1. pr. & §. 1. l. 2. ff. eod. Consulta itaque extinctio hic solum attenditur, non autem inconsulta. d. l. 1. & §. 3. ff. d. tit. Dicitur CONSULTA dilaceratio &c. quae a sciente & volente est facta. arg. l. 12. C. de Testam. l. 8. §. 2. ff. de bon. poss. sec. Tabb. INCONSULTA, qua non ex voluntate, sed per errorem aut ignorantiam, v. g. a furioso, summe ebrio facta est. H A E C nihil detrahit fidei scripturae, sed vim probandi retinet. d. l. 1. §. 1. NICOL. DE PASSERIB. d. Tr. lib. 1. quaeft. 6. dat. 2. n. 14. s. qq. interdum tamen nocet. vid. IOH. BAPTIST. ASIN. de Execut. §. 1. cap. 33. n. 3. ILLA vero detrahit fidem instrumento; vt patet ex d. l. 1. pr. Si igitur documentum originale reperitur, quod dilaceratum est, & quidem ab his qui possunt, eo animo, vt amplius nihil valeat, sine dubio omnis eius vis corruit, quia actus ultra agentium intentionem nihil operantur, arg. l. 19. pr. ff. de Reb. Cred. et sicut in omnibus actibus potissimum inspicitur, quid contrahentes sentiant. l. 9. ff. de bated. Inst. l. 17. C. de Donat. ita etiam hic constare debet, quomodo & qua ratione, qua scil. manu qua mente & quatem-

tempore vel per totum instrumentum, vel in parte, & tunc vel substantiali, vel accidentalii dilaceratio facta fuerit, c. 7. X. de Religios. Dom. cap. 6. X. de fid. Instrum. ALEXANDR. TRENTACINQ. lib. 2. Var. Resol. II. n. 21. Si per totum instrumentum reperitur, tunc sine omni dubio eius nulla probandi vis erit, IACOB. MASCARD. de probat. Concl. 256. n. II. Sed plane extinctum creditur, nisi contrarium ab afferente manifestissime ostensum sit. I. 24. de probat. IACOB. BORNIT. part. I. de instrum. lib. 6. c. 7. quia sublato toto, tolluntur omnes eius partes; AVGUSTIN. BARBOS. Loc. Commun. voc. Totum.

## §. II.

Quod si vero dilaceratio vel scissura appareat in aliqua parte instrumenti; videndum, an pars *S V B S T A N T I A L I S*, an *A C C I D E N T A L I S* per scissionem sit inducta? Si *S V B S T A N T I A L I S*, tota scriptura omninoreditur suspecta, aequa ac si tota esset extincta & lacerata. d. c. 6. X. de fid. instr. v. g. Si in instrumento publico, annus domini, indictio vel alia ad solennitatem necessaria sint lacerata & scissa, BARNAB. CORNAZZAN. Decis. 163. n. 2. TRENTACINQ. c. I. n. 6. § n. 21. Item si in testamento nomina testium sint inducta. CHRIST. PHILIPP. RICHTER. ad I. fin. C. de Edif. D. HADRIAN. toll. n. 174. Numerus enim testium vel subscriptio sunt de solennitatibus substantialibus, id est, qdant formam & esse testamento. IOH. SICHARD. ad I. 12. C. de testam. quibus inductis omnino extinctum esse testamentum, & admittuntur venientes ab intestato. I. pen. ff. eod. REINHARD. BACHOV. ad TREVTL. Vol. 2. Disp. 10. tb. 7. lit. B. Sic quando dispositionis pars in testamento lacerata est, in-

L

qui-

quirendum, an institutio haeredum, an vero legata per scis-  
suram inducta sint? Si haeredum institutio, & quidem  
omnium nomina sunt scissa, quoad omnes quoque hoc  
valet, omniumque extinta erit institutio, l. 3. de his quae  
in test.

## §. III.

Si vero pars ACCIDENTALIS reperitur per lace-  
rationem inducta, tunc in huiusmodi casu, quoad ea,  
quae lacerata & extinta sunt. d. c. 6. X. de fid. instrum. l. 2.  
de his quae in testam. del. v. g. Quando quaedam tantum  
nomina heredum inducta sunt, reliqua testamenti pars  
sine dubio valebit. l. 2. de his quae in test. Del. & in hoc  
casu iis faltem denegabuntur actiones haereditariae, quo-  
rum nomina dilacerata vel scissa reperiuntur. d. l. 2. RO-  
BERTVS MANTICA lib. 12. de Coniecl. ultim. volunt. tit.  
l. n. 31. in fin. Cum autem nec in solennitatibus, nec in  
institutione haeredum aliquid mutatum sit, sed legata  
tantum & fideicomissa intueriuntur, per dilaceratio-  
nem extinta, haec extincio quoque ad neminem alium,  
quam solos legatarios & fideicomissarios pertinet,  
TRENTACINQ. de Resolut. II. n. 10. PETRVS GILCKE-  
NIVS in l. 12. C. de Testament. n. 9. add. B. RICHTER. ad  
l. vlt. C. de Edic. D. HADRIAN. Tollend. n. 182. & seqq.  
Sed hoc de Testamenti partiali scissione & inductione.  
Sequitur etiam Totalis: Si testator testamentum suum  
in totum lacerauit, regulariter in totum extinguitur,  
ita ut nihil cum effectu exinde peti possit. d. l. 3. ff. de  
his quae in testam. PAVL. BVSIVS ad l. 2. ff. eod. PAVL.  
DE CASTR. ad l. fin. eod. Quod procedit, I. etiamsi  
testator testamentum suum clausum aperuerit & dilace-  
rauerit, atque post dilacerationem iterum suo sigillo  
ob-

obsignauerit. Haec consulta extinctio sufficiens signum & indicium reputatur poenitentiae & voluntatis reuocatae. *l. 16. ff. de Idim. Legat. PETR. PANHVS Tract. de Vlt. Volunt. cap. 23. n. 2. seqq. CARPZ. p. 3. Conf. 3. def. 5. n. 2.* 2. Nihil refert, dilaceratio illa, siue ab ipso testatore, siue ab alio eius voluntate & mandato facta sit. **PAVLVS CASTRENS.** *ad l. 1. de his quae in test. del. n. 1.* **CARPZOV.** *p. 3. Conf. 5. def. vlt.* 3. Procedit totalis dilaceratio, licet ob vnius haeredis offensam, eo tamen animo facta sit, ut totum extinguatur testamentum. *l. 2. eod. ibi:* quod si putauerit rotum testamentum delendum ob vnius malum meritum omnibus denegantur actiones, addatur ibi quoque proxime citatus **PAVLVS DE CASTRO.** Omnia haec, quae hucusque de testamento scripto allegata & dicta sunt, ad alia porro applicare posse nullus dubito. Qua propter nec aliud de testamento nuncupatio in scripturam redacto dicendum esse arbitror, vid. **PETR. PANHVS.** *cap. 20. de Mutat. Ultim. Volunt. n. 7.* etiamsi hoc simpliciter negat **CYPRIANVS REGNERVS AB OSTERGA.** *in Censura Belgic. Disp. 10. tb. 18.* addita hac ratione, quia nuncupatiuorum substantia in sola nuncupatione seu ore testium consistat; atque secundum hanc etiam iudicatum esse ibidem refert. **Conf. BACHOV. AD TREVTL.** *Vol. 2. Disp. 10. tb. 7. lit. B.* item in testamento inter liberos, quia non censetur prohibitus patri inter liberos statuere, quod iure permisum est testatori cuilibet in extraneum. **FRANCISC. LINGLOIS.** *in 50. Decif. Imperat. Iustin. ad Decif. 24. siue l. 30. C. de Testam. quaest. 8. n. 7.* **HIERONYM. PANZSCHMAN.** *lib. 2. quaest. pract. 18.* Dissent. **ANGL ALEXAND.** *ad l. 30. n. 2.* **IOHANN. DAVTH.** *de Testam. in l. 21. §. si quid*

*quid ff. qui testam. fac. poss. n. 3. in fin. In Codicillis. d. l. I. §. fin. de bis quae in testam. del. OTTO PHILIPP ZEP-  
PER. cap. II. de Clausul. Codicill. cap. II. n. 15. item in Do-  
nationibus mortis causa, qua in ultimis voluntatibus si-  
miles esse intelliguntur. l. fin. C. de Donat. mort.*

## §. IV.

Hisce annumerari potest etiam chirographum dilaceratum, cuius extinctio praeprimis attenditur, an illa facta fuerit a creditore, vel debitore, an vero a tertio; sed tutius in hoc dubio, apud quem reperitur, constare debet; Si penes CREDITOREM, praesumitur facta rei debitae solutio, vel compensatio, l. 82. §. fin. ff. de furt. ibique IOH. OTTO TABOR. ANTON. FABER. in Cod. lib. 8. Tit. 29. Dpf. 28. n. 12. &, nisi probet, a se non esse dilaceratione ideo inductum, quod satis factum sit, nil consequitur. IACOB. MENOCH. praesumpt. lib. 3. 141. n. 4. FRANC. VIV. lib. 1. Decis. 45. n. 6. add. supr. cap. 4. n. 97. Si vero penes DEBITOREM reperitur chirographum scissura inductum, nullius est momenti haec extinctio, imo nunquam exinde valida solutionis aut liberationis praesumptio deduci potest; Etiamsi is breui tempore illud apud se habuerit. FRANCIĆ. MARC. part. I. decis. 370. num. vlt. ALEXAND. DE IMMOЛА. lib. 2. Consil. 59. n. 11. CARPZ. p. 2. Conf. def. 12. n. 8. Vbi etiam ICTI Lipsienses nunquam satis laudandi, responderunt:

Wann ihr nun gleich eure Obligation, so zerrissen ist,  
in Händen habet: So ist doch dadurch die Zah-  
lung nicht erwiesen.

Secus tamen, si debtor creditorem sibi chirographum  
iam

iam dilaceratum tradidisse, per duos testes probaret. **MENOCH.** lib. 3. praesumt. 141. n. 7. seqq. Quando autem apud **TERTIVM** reperitur instrumentum, tunc hoc nihil praeiudicat creditori, nec inducitur solutionis praefumtio, quia et hoc casu creditori illud surripi et dilacerari potuisse. **MENOCH.** c. l. n. 18. **PETR. CASTAL.** ad l. 2. ff. de paſt. praesertim si creditor probat, se chirrographum amisisse, vel apud tertium illud integrum depotuisse. **AYMON. CRAVETTA,** lib. 1. Conf. 500. n. 11. conf. supra. cap. 4. n. 45. seqq. Plura hic addere lubens superfedeo, cum adhuc restat

## §. V.

**C O M B U S T I O D O C U M E N T O R V M** **SCRIPTORVM**, quae omnibus fere hisce prolatis applicanda venit, sed nolo cramben bis coftam taedioſe apponere; Quapropter pauca adhuc restantia addam, et deinde saltim ad ea, quae ratione delicti et propter scandalosa, turpia ac probroſa in iis contenta concremando penitus extinguntur, accedam: Multi Principes solebant vēſtigalium descriptiones publice igni comburere, vbi remittebant reliqua vēſtigalia, **GEORG. TVRNEB.** lib. 5. cap. 34. ibi: Rex CHILPERICVS compunctus corde, tradidit omnes descriptionis libros igni, conflagratisque illis misit, qui futuras prohiberent descriptiones, quod et **ANTONIVS DADINVS ALTE-SERRA** traſ. 3. de *Fiction.* iur. cap. 9. generaliter docet, tabulis inductionum cremare iussis, reliqua vēſtigalium remissa videri per l. 6. C. de *iure fisci.* verum ex d. l. 6. hoc ipsum minime probatur, loquitur enim de illis, quae praescriptione iam erant extinctae. **IOH. BRVN-NEM.** ad d. l. 6.

## L 3

## §. VI.

## §. VI.

Ex quanam causa et quomodo B. D. MARTINVS LVTHERV S Iura Papalia seu Corpus Iuris Canonici in foro Wittebergae Vulcano dedicauerit, prolixè ostendunt eius scripta: Eandem extinctionem ac remotionem scriptorum Haereticorum, librorum reprobatorm ac Pasquillorum ex conspectu hominum, ne legantur, intenderunt Imperatores in sequentibus legibus, quibus apprime perspectum est; vt l. 3. §. 1. C. de Summ. Trinitat. omnia prouocantia deum ad iracundiam scripta, & pias mentes offendentia, vt ne ad aures quidem hominum venirent; Et quae PORPHYRIVS contra religionem conscripsit, apud quemcunque inuenta fuerint, igni mancipentur. item in l. 3. §. 3. vbi doctrinae conscriptae contra SYNODVM NICAEAE ET EPHESI, et NESTORII potissimum comburi iubentur, et perfectissimo interitui mancipari, ita vt in nullius cognitionem venire possint. Idem in Nouell. 42. cap. 1. l. §. 2. Sic l. 6. C. de Haeret. et Manich. et Samarit. NESTORII libros diligenti studio requiri et publice comburi decernitur, ne quisquam eos scriptos habere aut describere, audeat. Idem in l. 8. §. 5. C. eod. de EVTYCHETIS scil. et APOLLINARIS libris legitur. add. IACOB. GOTHOFRED. ad l. C4. & l. fin. C. Theod. de Haeret. BRVNNEM. ad l. 4. & 6. C. eod. et BEN. CARPZ. pr. Crim. quaest. 44. Idem processus Combustionis contra Diuinatorum, Augurum, Hariolorum, Necromanticorum, Chaldaeorum, Sortilegorum, Magorum, Incantatorum aliorumque fascinantium libros in l. 10. C. de Episcop. audiencias ybi tales libros coram Episcoporum oculis incendio concremandos, esse expresse decernitur. add. ACTA APOSTOL. cap. 19. vers. 19. ibique Commentatores. Sic AVGUSTVS in Pontificatu

catu quicquid fatidicorum librorum Graeci Latinique generis, nullis vel parum idoneis, authoribus, vulgo rebebatur, supra duo millia contracta vndique concremavit. vid. TRANQVILL. SVETONIUS in August. cap. 31. ibique ISAAC. CASAVBON. Sic quoque PETRI APONENSIS characteres magici combusti, nec non FRANCISCI JOSEPHI BORRI scripta Romae publice incensa sunt, teste CHRISTIAN. ADOLPH. TVLDEN. in Histor. nostr. Temp. in fin. Conf. FRANCISC. ZYPAEVM de iure pontific. nouo, Tit. de Sorrileg. ALBER. GENTIL. ad l. 8. C. de Malef. & Mathemat.

### §. VII.

Denique nihil aequius videtur, quam ut Pasquilli, famosi libelli, qui aliorum aestimationem ac famam lacerant, dilacerando flammis extinguantur, GVIELM. GROT. cap. 14. de princip. Iur. Nat. §. 13. quae combustio non solum veteribus cognita, teste CORNEL. TACITO lib. II. 4. Annal. cap. 50. Sed et hodiernis iudiciorum moribus comprobata est, prout testatur quotidiana experientia, saepissime a carnifice eiusmodi pasquillos publicis flammis concremari solere. add. MATTH. STEPHANI Ord. Crim. CAROL. art. 110. MEYERI Colleg. Iur. Argent. ad ff. de in Iur. n. 38. seqq. Pasquillus quid sit, et vnde nomen habeat, vid. B. CARPZ. proceſſ. Crim. quaefſ. 98. n. 2. seqq.

### §. VIII.

Tandem rectene haec, quae de MORTIFICATIONE pro ratione instituti dicta sunt, applicentur ad delineandam gratiosam DEI voluntatem de liberando genere humano a Maledictione et Condemnatione legis diuinæ propriaque conscientiae per solutionem et satisfactio-

factio[n]em a Christo pro peccatis generis humani praefitam, despiceret foret haud absolum; Sane Apostolus  
 PAVLVS expressis verbis docet: CHRISTVM EXTING-  
 XISSE CHIROGRAPHVM QVOD CONTRARIUM  
 HOMINI EVERIT. *Coloss. cap. II. vers. 14.* per Chirogra-  
 phum autem nihil aliud solet intelligi, quam testimonium  
 legis diuinae propriaeque conscientiae hominem ob pec-  
 cata arguentis et condemnantis. Quamuis equidem  
 nonnulla intercedere videatur discrepantia; cum mortifi-  
 catio, qua de sermo hactenus nobis fuit, pro obiecto ad-  
 aequato habeat documentum absens, ea tamen sese habet  
 ex parte materialis, quoad formale tamen, nempe quo-  
 ad abolitionem obligationis documento vel chirogra-  
 pho moraliter inhaerentis, quaedam si non conuenientia,  
 certe analogia conspicitur; vti enim per mortifica-  
 tionem chirographum, et per solutionem obligatio debitoris  
 et creditoris vim suam amittit, ita pariter et lex  
 itemque arguens conscientia vim suam, qua hominem  
 sub aeternae maledictionis reatu, mortis ac condemna-  
 tionis tenebant obligatum et constructum, per benevolam  
 DEI voluntatem Christi satisfactioni pro peccatis  
 nostris praefitae innixam prorsus amiserunt, testante  
 DOCUMENTO MORTIFICATIONIS, EVANGELIO  
 litterarum monumentis consignato et sacramentis tan-  
 quam sigillis confirmato. vid. *Apologia Augustan. Confess.*  
*Cap. de Poenit.* Sed haec pluribus persequi mearum par-  
 tium iam non est, quin potius immortali NVMINI inex-  
 hausto IVSTITIAE fonti dignas pro concessis ad hoc,  
 quicquid est, viribus persoluere GRATES, sub qua-  
 rum pietate ad DIVINI NOMINIS GLORIAM

hic

TERMINALIA SVNTO!



## INDEX I. CAPITVM.

- Cap. I. de mortificationis etymologia, synonymia et homonymia. p. I.
- Cap. II. de mortificationis sede, descriptione et diuisione, p. 12.
- Cap. III. de causa efficiente et subiecto mortificationis. p. 19.
- Cap. IV. de objecto materiali et formalii. p. 33.
- Cap. V. de fine et effectu. p. 57.
- Cap. VI. de contrariis et affinibus. p. 60.

M

IN-

INDEX II. RERVM.

A.

- Abesse* dicitur res variis modis. 38.  
*Actuarii iudiciales* conficere possunt mortificatoria. 21.  
*Affinia* mortificationis. 78  
*Alienationes* illicitae cassantur. 4.  
*Amisso documenti*, an per solum iuramentum probetur. 42. probanda ab eo, qui in ea suam fundat intentionem. 43. eadem alleganti non creditur. 54.  
*Amittere*, quid? 38.  
*Annulare*, quid? 9.  
*Annullatio*, an synonymum mortificationis. 9.  
*Apocphae* absentiam allegant an credendum? 47.

C.

- Cancellatio*, an aptum synonymum mortificationis. 8.  
*Cassare*, quid? 2. et quae cassari possunt? 3.  
*Cassatio*, synonymum mortificationis. 2.  
*Casus*, hunc conquerentibus non statim credendum. 46. fortuitus manifestus et clandestinus quomodo

- probandus? 44.  
*Catastria*, 35.  
*Causa efficiens* mortificationis. 19. propinqua. 21.  
*Cessiorarii* mortificatoria conficere possunt. 24.  
*Chirographum*, si in chartam conciatur, qui finis. 27. si amittitur, mortificatur. 27. ad huius tenorem probandum quales testes requirantur 49. si dilaceratur, an extinguatur debitum. 84. *Mortificatum* pro capitali an etiam pro interesse mortificatum censeatur? 64. sp. nouiter reperitum, an reuiuscatur? 76. quid sit Coloss. 2, 14. p. 88.

- Circunducere*, quid? 9.  
*Circunductio*, an synonymum mortificationis. 9.  
*Coeci natura* mortificatoria an conficere possint? 26.  
*Combustio* documentorum affine mortificationis. 79.  
*Docum. scriptorum*. 85.  
*Comparatio literarum*, per hanc probatur scriptura mortificata. 67.

Con-

INDEX II. RERVM.

*Coniurationes* cassantur. 4.  
*Contraria* mortificationis. 70.  
*Corruptionis exceptio* contrarium mortificationis. 74.

D.

*Debitor*, apochae absentiam allegans, eiusque amissio-  
nem iuramento probare volens, an sit audiendus? 47.

*Deletio*, an synonymum mor-  
tificationis. 9.

*Dilaceratio* affine mortifica-  
tionis 79. consulta et in-  
consulta. 80. Vide *Sciffo*.

*Doctor juris*, qui non est si-  
mul notarius publicus mor-  
tificatoria confiscare non  
potest. 21.

*Documentum*, huius absentia-  
m allegans idem mortifi-  
care potest. 24. confici-  
tur unanimi partium con-  
sensi. 27. quo sine hoc fi-  
at, ib. *amissum*, quomodo  
mortificetur? 27. an per  
solum iuramentum probe-  
tur? 43. quomodo ejus-  
dem amissio in dubio pro-  
betur? 46. mortificandum  
sit absens, tamen credatur  
in rerum natura esse. 37.  
quaenam ad amissum et

absens obseruanda? 39. si  
furto auferatur. 40. id. ma-  
litiose occultans, an poena  
falsi teneatur? 43. quod  
extinguitur, mortificatur.  
57. per combustionem. 85.  
- - *literarium*, quotuplex?  
33. publicum 34. secun-  
dum quid publicum, 35.  
priuatum ib. sq.  
- - *obligatorium* de credi-  
to si creditor per iracun-  
diā lacerat, semiplene pro-  
bat. 50. V. *instrumentum*.

E.

*Ebrii extreme* mortificatoria  
confiscere non possunt. 26.  
*Emtores* confiscare possunt  
mortificatoria. 24.

*Erbregister* quid? 35.

*Executio* cassatur, 3.

*Exceptio illegitimationis* con-  
trarium mortificat. 70.  
falsi, 71. corruptionis 74.  
simulationis, 75.

F.

*Falsi exceptio* contrarium mor-  
tificationis, 70. quando op-  
ponatur, 72.

*Falso mortificationis* vtens, an  
eadem poena puniendus,  
qua fallsum conficiens. 93.

INDEX II. RERVM.

*Foeminae*, cur prohibeantur  
mortificatoria conficere. 25.  
*Furiosi* prohibentur mortifi-  
catoria conficere. 25.

I.

*Illegitimationis exceptio* con-  
trarium mortificationis. 70.

*Impuberis*, cur prohibeantur  
mortificatoria conficere. 25.

*Inductio*, an synonymum  
mortificationis? 9.

*Infantes*, cur mortificatoria  
conficere non possint? 25.

*Inhibitiones*, quando cassen-  
tur? 3.

*Instrumentum mortificationis*  
pro parte verum et pro  
parte falsum, an vitietur  
in totum. 23. an propter  
condemnationem notarii  
publici putatui reddatur  
nullum. 22. *publicum*, 66.  
priuatum contra quem pro-  
bet? 67. verificari debet,  
67. nouiter repertum an  
reuiuiscat. 76. ex parte scis-  
sum, quid in hoc obser-  
vandum? 81. V. documen-  
dum.

*Inuentarium baeredis* si amitti-  
tur, quid juris? 55.

*Ius canonicum* Lutherus com-  
bussit. 86.

L.

*Libelli famosi* a carnifice igni  
traduntur. 87.

*Literae cambiales*, in itinere  
amissae, quid ratione ha-  
rum iuris. 55.

*Lutherus Corpus canonicum*  
igni tradidit. 86.

M.

*Mandata inhibitoria* quando  
caſtantur. 3.

*Matrimonium* an caſſandum,  
si quis defloratam ab alio  
ignorans pro virgine du-  
xerit? 4.

*Mors* quid et quomodo fi-  
at, 1.

*Mortificatio*, huius vocis de-  
riuatio, 1. synonyma 2.  
homonyma, 10. sedes  
eiusdem in iure, 13. de-  
scriptio, 15. diuifio, 17.  
sq. causa efficiens, 19 pro-  
xima, 27. subiectum, 31.  
obiectum materiale, 33.  
formale, 37. finis et effe-  
ctus, 57. 66. fieri debet  
in scriptis, 59. Contra-  
ria, 60. affinia 78. 79. per  
Christum facta, 88.

— alia generalis, alia spe-  
cialis, 63. priuata, quae  
ad hanc requiruntur. 61.

*Mor-*

INDEX II. RERVM.

*Mortificationis instrumentum pro parte verum, et pro parte falsum, an vitetur in totum.* 23.

*Mortifications - oder Tilgungsschein.* 11.

*Mortificatoria, qui confiscere possunt.* 21. *qui prohibentur.* 25. *quomodo fiant?* 27.

*Muti mortificatoria confiscere non possunt.* 26.

*Mutilationis exceptio contrarium mortificationis.* 74.

N.

*Notarii confiscere possunt mortificatoria.* 21.

O.

*Objectum materiale mortificationis.* 33. *formale.* 37.

P.

*Pacientes et transigentes mortificatoria confiscere possunt.* 24.

*Pasquilli a carnifice publicis flammis extinguntur.* 87.

*Pensio cassatur,* 5.

*Personae publicae, quae mortificatione confidere possunt.*

21. *priuatae.* 24.

*Possessio rei, an eo ipso aufferratur, si alter instrumentum captiae possessionis mihi auferat.* 40.

*Prodigi non possunt confidere mortificatoria.* 26.

*Protonotarii mortificatoria confiscare possunt.* 21.

*Pupilli prohibentur mortificatoria confiscare.* 25.

R.

*Recognitio legitima necessaria ad probationem scripturae mortis.* 67.

*Reuiviscentia amissi documenti an mortificationi contrarietur.* 76.

S.

*Saalbücher, quid?* 35.

*Salvis conductus delinquentis cassatur.* 4.

*Scissio, affine mortificationis 79. si apparet in aliqua instrumenti parte quid obseruandum?* 81.

*Secretarii confiscare possunt mor-*

INDEX II. RERVM.

*mortificatoria*. 21.  
*Sententia*, quando dicatur  
caſſari? 3.  
*Sigillatio* habet vim mortifi-  
candi documentum. 29.  
*Simulationis exceptio* contrari-  
um mortificationis. 75.  
*Sublatio et extincio* synonym.  
mortificationis. 7.  
*Surdi mortificatoria* confis-  
cere non possunt. 26.

tinguitur. 82.  
*Testatio* cuiusdam, se instru-  
mentum habuisse vel caſu  
amisisse, an testatorem  
adiuyvet ut fidem faciat? 45.  
*Testes*, horum requisita ad te-  
norem chirographii pro-  
bandum. 49.  
*Tutores* mortificatoria confi-  
cere possunt. 24.

T.

*Testamentum* dilaceratum ex- V.

*Vſurae caſſatae*, 5.

F I N I S.







Ko 2754


ULB Halle  
007 678 568

3



618





Pra 28num. 5.

B.I.G.

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Inches
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
Centimetres	
1	
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	

Farbkarte #13

Green

Yellow

Red

Magenta

3/Color

Black

Blue

Cyan

# GEORGII ADAMI STRV VII

HAERED. IN WANZLEBEN ET WENIGEN - IENA, ICTI SEREN.  
DVC. SAXO - VIN. CONSIL. INT. FACVLT. IVR. ORD.  
CVR. PROV. ET SCAB. ASS. PRIM.

## DE MORTIFICATIONE LIBER SINGVLARIS

OB MATERIAE PRAESTANTIAM ET IN  
FORO VSVM RECVSVS

ATQVE  
PRAEFATIONE NOVA AC INDICIBVS  
INSTRVCTVS.



Ho  
2754



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE  
CICIOCCLI.

